SYNTAGMA EORUM, QUAE NOMINE ILLUSTRISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI, D. CHRISTOPHORI DUCIS...

Johann Brenz, Jacob Heerbrand, ...

PIO LECTORI HVLDRYCHVS ENCAVSTIVS S. D.

QVI futurũ ſperant, ut hoc diſsidium, quod noſtra memoria, de doctrina religionis, in Eccleſia exortum eſt, comitijs & Synodis Epiſcoporum, aut componatur, aut è medio tollatur; hi non uidentur mihi ſatis accuratè cum animis ſuis conſiderare, quanta ſit huius rei magnitudo, & quantum inter partium ſententias diſcrimen. Sed exiſtimant fortaſſis, uerborum tantùm, & non rerũ pugnam eſſe. Horum errorem coarguere, nihil planè eſt negotij. Nam ſi quicquid id eſt diſsidij, λογομαχία tantùm eſſet, quid altera parte magis furioſum & inſanum, quòd propter ſuam (quam excogitaſſent ipſi) loquendi formulam, & quam poſſent liberè dimittere, ac ſeſe aliorũ phraſi

tutò aſſuefacere, conijcerent ſe in ex-
trema uitæ pericula? Et quid altera
parte crudelius, quòd hominem, cęte
ra innocentem, propter grammaticā
tantùm parum dextrè perceptam, om
ni horribilium ſuppliciorum genere
perſequerentur? Sed longè maior res
agitur, quàm quæ uerborum tantùm
conciliationibus expediri queat. Al-
tera enim pars accuſat alteram, non ſo
lùm neglectionis afficij, prophanita-
tis uitæ, & σχίσματος, ſed etiam hære-
ſeôs, impietatis in Deum, defectio-
nis à Chriſto filio Dei, & idololatrię,
quibus criminibus, quid horribilius
dici poteſt? Nec hoc diſsidium nouū
eſt ac recens excogitatum, ſed iam in
de ab initio conditi orbis ad nos pro-
pagatum. Ex hoc diſsidio prima terra
maduit ſanguine fraterno. Ex hoc diſ
ſidio neceſſe habuit Abraham, deſer
ta patria, exulare. Hoc diſſidio irita-
tus

ius Pharao tyrannus Ægypti, molie-
batur uniuerſæ Iſraelitice gentis inter
necionem. Propter hoc diſsidium, nõ
ſolùm nunquam fuit firma pax & trã-
quillitas inter regnum Iudæ, & reg-
num Iſraelis, uerumetiam oppreſſi
ſunt crudeliter prophetæ Domini.
Denique propter hoc diſsidium, fili
us Dei crucifixus eſt. Apoſtoli, &
quos uocãt Martyres, ac multi alij pij,
aut uiui afflicti, aut uario & horribili
genere mortis interfecti ſunt. Solet
quidem humana ſapientia, pro ſuo
more, tanti diſſidij remedia quærere,
alij perſecutionibus & ſupplicijs, alij
colloquijs & diſputationibus, alij ſy
nodis & concilijs. Sed hactenus nun-
quam nec inuenit, nec inuenire po-
teſt, donec Deus ſuo ipſe tempore, ſe
medium interponat, & litem cœleſti
ſuo iudicio & autoritate dirimat. Ob
ſcurum quidem nõ eſt, Apoſtolicam

Synodum, quam deſcribit Euãgeliſtã Lucas, & Nicenam quam deſcribunt Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, optimam nauaſſe operam: illam, in refutando pſeudoapoſtolorum errore: hanc, in refellēda Ariomanitarum impietate. Sed teſtãtur publica monimenta ſcriptorum, quod poſt has ſynodos, longe grauiores & difficiliores, q̃ antea, altercationes & pugnę inter partes exortę fuerint, ut ex his ſynodorum cognitionibus incendium belli magis inflammatum, q̃ extinctum uideretur, donec deus ipſe de cœlo reſpexit, & ſicut priora certamina cœleſti ſuo iudicio, quod primum diluuio, poſtea incendio Sodomitico, deinde ſuffocatione Ægyptiaca, deinde captiuitatib. Aſſyriacis & Babylonicis patefaciebat: ita poſteriora illa, uaſtatione Iudaicę monopolis, & mutationib. multorum regnorum finiuit. Quid ergo?

In

In tanta de doctrinā religionis contro uerſia, qua hiſce noſtris temporibus eccleſia perturbatur, uanum ne eſt & ſuperuacaneum, deliberatiões de con uocandis ſynodis ſuſcipere? Nihil cer te minus. Etſi enim in talibus delibe rationibus, impij non meditantur niſi piorum exitium, & ſolent Synodorū autoritate ad conficienda ſua inſtitu ta abuti, tamen piorum eſt, ſuum face re officium, & operam ſuam ad con gregandam legitimam ſynodum pro uirili conferre, ut ſi ſtabilis & firma concordia doctrinę conſtitui non po teſt, hac tamen occaſione cœleſtis do ctrina illuſtrius explicetur, ac imbe cilles fide ſua confirmentur, & teſti monia ueritatis ad poſteritatem tranſ mittantur. Cum igitur Illuſtriſs. prin ceps ac Dominus D. Chriſtophorus dux Virtembergēſis & Teccenſis, & comes Montbelgardi, &c. Dominus

meus clementiſſimus, miſerit Lega-
tos ſuos politicos & eccleſiaſticos ad
Tridentinam ſynodum, quæ ſuperio
ribus annis inſtituta fuit, etſi difficul
tate horum temporum, & iniquitate
hominum, cauſa quæ tractanda ſuſce
pta erat, non fuit abſoluta, ac ne incho
ata quidem, tamen uiſum eſt, ea quæ
à Legatis, nomine & mandato princi
pis acta ſunt, breuiter exponere, ut
omnes intelligant, optimo principi,
ad procurandam Eccleſiæ ſalutem, &
ad conſtituendam publicam tranquil
litatem, nihil, quod in ipſo eſt, præ-
ter horum temporum aſperita-
tem, & aliorum ſanam
mentem defuiſſe.
Bene ac felici-
ter uale.

Ex Auonio. xij. kal. Nouembr.
Anno M.D.LII.

SYN-

SYNTAGMA EORVM, QVAE NOMINE ILLVSTRISS. Principis ac Domini, D. Chriſtophori Ducis Virtembergenſis & Teccenſis, & Comitis Montbelgardi, &c. in Synodo Tridentina per Legatos eius, acta ſunt.

RES eſt ijs, qui aliquo ſtudio cognoſcendę uerę religionis tenentur, minime ignota: q̃d cum Prophetica & Apoſtolica doctrina, Pontificum incuria, & Monachorum hypocriſi, multis annis, in Eccleſia, corrupta & deprauata fuit, cœperit denuo his noſtris temporibus, diuina clementia, reſtitui ac emendari. Poſtquam enim impiorum doctorum audacia, eo' impudentiæ peruenerat, ut obſcurato uero Domini noſtri IESV CHRISTI beneficio, quod fide tãtum agnoſci & accipi po-

teſt, ſolas pene humanas traditiones ecclesiæ obtruderent, & aſſuefacerent homines, fiduciam æternæ ſuæ ſalu- tis, non in ſola gratuita miſericordia Dei per filium eius nobis patefacta, ſed in meritis ſuorum operum, & in actionibus ſuorum ſacrorum colloca- re. Commiſerans deus Pater Dñi no ſtri Ieſu Chriſti ęrumnas eccleſię ſuę, accendit lucem Euangelij de filio ſuo tam illuſtrem, ut ſplendor eius non in uno tantum & anguſto oppidulo con tineretur, ſed in multas ac uarias hu- ius terræ regiones, tam in Germania, in qua primũ effulſerat, quàm in alijs nationibus latiſsimè ſpargeretur.

Sed quæ eſt uerè ſalutaris & cœle- ſtis doctrina, eam iudicauerunt pon- tifices, & ſatellites eorum, ſummam impietatem, & extremam religionis interuicionem: nõ quod magna cura conſeruandæ religionis, quam iam o

olim

olim abiecerant, tenerentur, ſed quod metuerent, ne dignitas ipſorum, quã in his terris ſummam conſequuti erant, tanto magis collaberet̃, quanto plus cœleſtis doctrina promoueret.

Suſceperunt igitur eam non diris tantum deuotionibus, & exilijs, uerũ etiam flamma, ferro, laqueis, denique omni genere ſuppliciorum perſequendam & delendam.

Cum autem Deus eccleſiam filij ſui ſapienter gubernet, & eam in omnibus periculis clementer tueatur, excitauit quoſdam Principes Germaniæ, qui non ipſi tantùm cœleſtem doctrinam recens patefactam, obedienti fide amplecterentur, ſed etiam hoſpitium ei ſatis liberale in regionibus ſuis facerent. Quos cùm Pontifices non tam facilè, quàm priuatos homines opprimere poſſent, & iam etiam aliquot ex ipſorum Pontificũ

& Regũm ordine hanc doctrinam fa-
uore ſuo proſequerentur, aggreſſi ſũt
ad extinguendam lucẽ Euangelij alia
uia, ſi quomodo fieret, ut ſalua digni
tate ſua, in eccleſia filij Dei, pro ſua li
bidine dominari pergerẽt. In hoc em̃
operam ſuam contulerunt, ut frequen
tiſſima haberentur comitia Principũ
Germaniæ, in quibus, etſi dederunt
aliquoties locum colloquijs Theolo-
gorum, qui inter ſe de cõtrouerſa cau
ſa religionis conferrent, & ſignifica-
rũt ſe appetere legitimam ſynodum,
in qua iuſta fieret cognitio de doctri
na eccleſiæ, tamen hoc præcipuè ege-
runt, ut inter ſe de ſumendis armis ad
uerſus pios Principes, & coniungen-
dis ſecũ principibus ac regibus, quos
poſſent, conſpirarent, Itaque inſtitui
tur quidem Synodus Tridenti, quod
eſt oppidum in Comitatu Tyrolenſi,
in ijs montanis quæ Germaniam ab I-
talia

talia diuidunt, in qua ſynodo decer-
nuntur palàm impia dogmata. Sed
priuſquàm uniuerſam impiæ doctri-
næ corpus in ea ſynodo abſolueretur,
exortum eſt aduerſus pios Principes,
grauiſſimum bellum, cuius is fuit e-
uentus, ut uideretur de cœleſti doctri
na Euangelij actum eſſe.

Sed cùm ne ſic quidem impietas
Pontificiæ doctrinæ eum locum, quē
iſti uolebāt, obtineret, nec ueritas cœ
leſtis doctrinæ è maieſtate ſua, ſicut
ſperauerant, deturbaretur: uiſum eſt
tandem, ſynodum Tridentinam iam
antea cœptam, proſequi, & quæ ad
huc reliqua eſſent dogmata aduerſus
piam doctrinam conſtituere & abſol-
uere, ut qui deinceps contra pontifi-
ciam impietatem, uel mutiret, publi-
ca ſynodi autoritate, aut ſi hanc contē
neret, publicis armis & ſupplicijs op
primeretur.

Ne autem uiderentur quicq̃ illegitime & iniuſte inſtituere, ſed potius tranquillitati & ſaluti eccleſię conſulere, proponunt eas habendę ſynodi cõditiones, quæ non modo utricq̃ parti tolerabiles, Verumetiam apud omnes ſano iudicio prædítos æquiſſimę uidebantur.

Primum enim cenſent Synodum Tridentinam continuandam. Sic em̃ ipſi loquuntur. Quo uerbo, ipſi quidem ſentiebant, priora impia decreta pro firmis & ratis habenda, nec amplius quicq̃ in ea inquirendum: ſed tantum ea, quæ adhuc reliqua eſſent, ad abſoluendum impietatis corpus, addenda: alios autem intelligere uolebant, promiſſam eſſe nouam de tota controuerſia tractationem. Itaq̃ multi ambiguitate uerbi decepti, huic decreto aſſentiuntur.

Deinde magnam ſpem oſtendunt ſynodum

ſynodum fore œcumenicã, liberam, Chriſtianam, in qua omnia pie, ſine ullo affectu carnali tractanda ſint. Sed pręſtat uerba ipſa Decreti adſcribere, quàm ſententiam noſtris tantum uerbis commemorare.

RECITA.

Ex receſſu Comitiorum Auguſtanorum, anno M. D. XLVIII.

Intelleximus clementiſſima beneuolentia, ꝙ deciſio controuerſiæ religionis ad catholicum (ſeu œcumenicum) liberum & Chriſtianum concilium, quod iam noſtra diligenti cura & ſtudio ad Tridentum indictum & inchoatum eſt, reijci, legitime ſeruari, & continuari debeat.

Et paulo poſt.

Curabimus etiã clemẽter, ut hi, qui Auguſtanę confeſſioni adiuncti erãt,

& Legati eorum, in tali concilio com parere poſſint, & ſaluo conductu mu niantur, ut tuto ad illud accedant, in illo commorentur, & iterum ad ſua tu ta loca reuertantur, ac pro ſufficienti neceſſitate audiant: adeoq; tota tracta tio & concluſio pie & chriſtiane, ſeclu ſo omni affectu iuxta diuinam & ſa cram ueterum patrum ſcripturam ac doctrinam agenda ſuſcipiatur, tracte tur & concludatur, & ut Chriſtiana et utilis reformatio ſpiritualium et ſecu larium inſtituatur, ac oīs praua doctri na et abuſus, prout decet, abrogentur.

Et mox,

Prouidebimus, ut omnia chriſti ane, honeſte, legitime, at congruen ter fiant, et conficiantur.

Ex receſſu Comitiorum Auguſta norum, anno M. D. LI.

Volumus ex Cæſarea maieſtate et poteſtate omnes eos qui in concilio com

comparent, ſiue illos, qui in religio-
ne aliquid mutauerint, ſiue alios, tu-
tos reddere: ut unuſquiſq; libere, ſine
impedimento, ad concilium accede-
re, in eo commorari, & quod ad tran-
quillitatem & ſecuritatem conſcientię
ſuę utile ac neceſſarium uidetur, pro-
ponere, ac iterū ab eo in ſuum tutum
locum libere & tuto abire ac diſcede-
re poſſit.

Habes uerba ipſa ſeu decreti, ſeu
promiſſionis: quę uerba, ſi per ſe con
ſideraueris ſummam pietatem & ęqui
tatem præ ſe ferre uidentur. Percurra
mus igitur ſingula, quæ quidem ali-
quid momenti in ſe continent, ut cog
noſcamus, q̃ honeſta ſpecie hypocri-
ſis ſeſe uenditare ſoleat.

I. Promittunt enim concilium fore
CATHOLICVM ſeu œcumenicū,
q in eo conueniant ex omni natione

totius Chriſtiani orbis terrarũm do-
ctiſſimi & preſtantiſſimi quiꝗ uiri.

II. LIBERVM, ꝗ liceat cuiuis ſi-
ue principi, ſiue priuato, non ſolum
publica fide & ſaluo (ut uocant) con-
ductu, ad concilium accedere, in eo
commorari, & quando uiſum fuerit,
iterum ab eo diſcedere: uerumetiam
libere patribus concilij proponere,
quæcunque ad conſcientiæ ſuæ tran-
quillitatem neceſſaria uideantur.

III. CHRISTIANVM. Ne quis
forte ſuſpicetur, Mahumetiſtas ac
Thalmudiſtas, Iudices fore, admone-
mur homines tantum Chriſtianos,
de cauſa religionis, in concilio cog-
nituros.

IIII. ORDINARIVM, ſeu legiti-
mum. In Eccleſia enim omnia decen-
ter, ut Paulus ait, & ſecundum ordinē
fieri debent, & in publicis iudicijs ni-

hil il

hil illegitime agendum eſt.

V. REOS pro ſufficienti neceſſita te audiendos. Non enim æquus iu dex eſt, qui audito tantum accuſatore, fert ſententiam, ſed utraque pars ſatis et ſufficienter audienda eſt.

VI. SECLVSO omni affectu, ui delicet uel ambitionis, uel dominati onis, uel auaritiæ, uel fauoris, uel o dij, ac inuidiæ, uel alterius cuiuſdam uitij. In cognitione enim tam cœleſtis cauſæ, ſolus ſpiritus ſanctus præſide re & regnare debet.

VII. OMNIA inſtituēda, tractan da, concludenda, pie & chriſtiane, iu xta diuinam & ſacram ueterum patrum ſcripturam & doctrinam: una enim eccleſiæ regula eſt, ſacra, prophetica & Apoſtolica ſcriptura: Lucerna

inquit, pedibus meis uerbum tuum; & lumen ſemitis meis. Sed nec ueterũ patrum ſcripta contemnenda ſunt, ꝗ in traditione & explicatione ſacrę ſcripturæ multum utilitatis in eccleſiam contulerint.

VIII. OMNEM prauam doctrinã & abuſum, ſicut conuenit, abroganda. Nulla enim praua doctrina toleranda eſt in eccleſia, etſi qui ſunt abuſus in ritib. & ſacris eccleſiaſticis, omnino corrigendi & tollendi ſunt.

IX. INSTITVENDAM utilem & Chriſtianam reformationem tam ſpiritualium ꝙ ſecularium. Quę certe hactenus in ſumma fuit omnium piorum expectatione.

QVid autem poteſt eccleſię maius & utilius promitti? Et quid his uerbis poteſt honeſtius aut ęquius dici? Sed quęſo te, ne prius ſenten-

tiam

tiam feras, q̃ tecum diligenter expen deris, qui ſint præcipui horum uerbo rum autores. Ac ſiquidem boni uiri, qui uerę pietati ex animo fauent, & in ſtaurationem pię doctrinæ in eccleſia ſerio cupiunt, hæc loquuntur: non eſt dubium, quin & recte & pie ſentiant.

Sed ſi ad pontifices & ſatellites eo rum reſpexeris, nihil poſſet honeſtis & pijs uerbis inhoneſtius, & magis impium dici.

Catholicum enim, ſeu œcumenicũ uocant, nõ cum uere pij, ſed cum pon tifices & ſacrificuli ſibi in impietate conſentientes & coniurati, é nationi bus Chriſtiani orbis conueniunt.

Liberum uocant, non cum licet ijs, qui ad cognoſcendam cauſam uocati ſunt, liberas ſententias dicere. Mirifi ce enim cauent, ne ullus, niſi cuius ani mus ante ſit perſpectus, & qui ipſis,

non tam beneficijs, quàm iuramentis ſit obſtrictus, in Iudicum album admittatur.

Sed hoc demum liberum uocant, cum licet quidem aduerſę parti ad concilium libere accedere, & quædam dicere, poſtea autem quàm ſententia contra piam doctrinam lata fuerit, omnem ſæuitiam & crudelitatem aduerſus pios libere & impune exercere.

Chriſtianum uocant externã quandam ſpeciem Chriſtianiſſimi præ ſe ferre, cæterum ueritatem eius non tantum abnegare, ſed etiam omni ſuppliciorum genere perſqui.

Legitimum, ſeu ordarium eſt illis, non quod normæ diuinarum literarum ueteris & noui Teſtamenti, ſed quod canonibus ſuis, quos tamen pro libidine ſua figunt & refigunt, conuenit.

Reos ſufficienter audire uocant, aures quidem externas in ſpeciem præbe-

bere defenſoribus piæ doctrinæ, ſi-
cut Caiaphas, Chriſtum, & Pontifi-
ces Petrum, Ioannem, Stephanum, ac
Paulum audiuerunt: ſed interea, dam
nationem piæ doctrinæ è domo ſua
allatam meditari, & ſine ullo cœleſti-
um ac diuinorum teſtimoniorum re-
ſpectu proferre.

Iudicare ſe abſq; omni carnali affe-
ctu tunc putant, cum zelo conſeruan-
dæ ſuæ dignitatis, autoritatis, opulen
tiæ, uoluptatis & potentiæ ita excitan
tur, ut cum pios interfecerint, exiſti-
ment, ſe Deo gratiſſimum cultum præ
ſtitiſſe. Hoc enim eſt ipſis defendere
ſanctam catholicam eccleſiam.

Inſtituere uero & tractare ac con-
cludere omnia iuxta ſacram ſcriptu-
ram, & ueterum patrum ſententiam,
ac impia ſacra abolere, abuſus tollere,
& eccleſiam reformare, quid ponti-

ficibus, & monachis aliud eſſet, ꝙ Scholaſtica et Sophiſtica ſomnia, quę his ſunt cœleſtia oracula, approbare ac eccleſiæ adoranda obtrudere, & uerum ſacramentorum uſum, ſicubi reſtitutus eſt, damnare ac tollere: & ne nihil in eccleſia reformaſſe uideãtur, in breues clericorum tunicas, aut raſuras nimium anguſtas animaduertere, ac ne pontificum concubinæ multo ſatellitio incedant, curare.

Vaniſſimus habear, niſi res ipſa teſtificetur, pontifices & monachos illis optimis & pĳſſimis uerbis hęc peſſima & aut impĳſſima, aut ineptiſſima ſentire.

Qua uerboꝝ honeſtate multi non plebei tantum, uerumetiam Principes perſuaſi, ſperauerunt futurum, ut uera & ſeria cognitio de doctrina religionis inſtitueretur.

Sed

Sed & inuictiſſimus Cæſar Carolus, eius nominis quintus, opinione pontificiæ & monaſticę ſanctitatis affectus, qua eſt clementia, paſſus eſt hoc decretum de ſynodo Tridentina, ſuo ipſius nomine uulgari: omnino fore ſperans, ut pontifices ueram inſtaurandæ eccleſię curam ſuſciperent. Ac poſtea, cum Iulius eius nois tertius, Romanus pontifex, euocaret publicis ſuis bullis eos qui ſibi deuincti erãt, ad ſynodum Tridentinã: cohortatus eſt & Carolus Principes Germaniæ ſuis literis, ut inſtituto tam honeſto, ac diuino (ſic em̃ ipſi uidebatur) non deeſſent, ſed ad eam ſynodum uel ipſi accederent, uel Legatos ſuos αὐτοκράτορας mitterent.

Cum igitur Illuſtriſſimus Princeps D. Chriſtophorus Dux Vuirtembergẽſis & Teccenſis, & Comes Montbelgardi, adijſſet eo tempore, quo &

parens eius, fœlicis recordatiõis, dux Vldrychus, princeps uerę pietatis ſtudioſiſſimus, ex hac uita ad beatam illã & immortalem exceſſerat, paternam ſuam hæreditatem: & conferret omnes ſuas curas & cogitationes, non tantum ad conſtituendam politicam regionis gubernationem, uerumetiam ad conſeruandam uere piam doctrinam in eccleſijs ſuis, clementer fuit inuitatus & admonitus à Cæſare Carolo, ut & ipſe, miſſis ad Tridentum legatis communem cauſam religionis adiuuaret: & ſi quid haberet quod ad parandam tranquillitatem conſcientiæ ſuæ, utile ac neceſſarium uideretur, in ea ſynodo proponeret.

Hic nunc prima omnium quæſtio de mittendis ad Tridentinam ſynodum Legatis oriebatur. Videbantur enim graues eſſe cauſæ, cur non eſſet ad hanc ſynodum accedendum.

Non

I. Non enim fore ſynodũ uere legitimam, ꝙ in ea iudices tantum eſſent Epiſcopi, qui hactenus à nobis accuſati eſſent impietatis & idololatriæ, & qui doctrinam noſtram omni genere crudelitatis eſſent perſecuti. Quis autem legitimum diceret iudicium, in quo uel accuſator, uel reus ipſe conſtitueretur iudex?

II. Romanum pontificem, à nobis accuſatum Antichriſtianiſmi, & pro Antichriſto habitum, eſſe præſidem ſynodi, qui nullos admittat aſſeſſores, niſi qui ſint omni genere obligationis ipſi deuincti, & qui non niſi iuxta ipſius prꝗſcripta ſint iudicaturi.

III. In priori ſynodo, aut quas ita uocant, ſeſſionibus, approbata eſſe manifeſte falſa, abſurda, et impia: quę ſi acceſſeris ad ſynodũ, uideberis ap̲p̲bare: aut ſi rep̃hendenda ſuſceperis, uł nõ audiẽt te, uel fruſtra reclamabis.

Quid igitur fruſtrã tantum itineris, laboris, ſumptuum, & periculorum ſuſciperes?

IIII. Non eſſe coĩcandum cum impijs, nec iugum eſſe ducendum cum infidelibus. Quare ſi acceſſeris, uideberis cõmunicare cum impijs pontificibus, & te ſententiæ eorum, quãcunq; aduerſus piam doctrinam pronunciaturi eſſent, ſubijcere.

V. Nõ eſſe credendũ literis Salui conductus, ſeu publicæ fidei, ab Imperatore ęditis; quod etſi Imperator promittit ſecuritatem, hoc tamen facit ſuo tantum nomine: ſynodus autem non agnoſcit promiſſiones Imperatorias, ſicut teſtatur conſtitutio Conſtantienſis ſynodi de hæreticis.

VI. Ne literis quidẽ Salui conductus a ſynodo datis credendum eſſe, ꝙ patres ſynodi ſint noſtri capitales inimici, ſicut ſæpe ac multum re ipſa

teſtati

teſtati ſunt. Neminem autem teneri credere capitalibus ſuis inimicis, nec ipſorum quoq; literis, cum periculo uitæ ſuæ fidere, perſpicuum eſt. Nec uos, aiunt, & artus ſapientiæ eſſe, non temere credere.

VII Extare etiam ueterum piorum patrum, ut Chryſoſtomi, Nazianzeni, & aliorum exempla, qui ſuſpectas ſynodos defugerunt.

Ac breuiter, ſynodum Tridentinam nec eſſe œcumenicam, quod pleręq; nationes abſint: nec liberam, quod non tantum metuendum ſit de uiolatione publicæ fidei, uerumetiam patres ſynodi non ſint liberi à iuramentis ſuis, quibus addicti ſunt Romano pontifici, & non audeant libere de cauſa pronunciare: nec Chriſtianam, quod in ea iam ante damnata ſit pia doctrina: nec habere alias conditiones, quas decretum Imperialium Comitiorum enu-

merat. Omnino igitur fugiendam & deteſtandam, non adeundam, & præ‑ſentię ſua, quaſi approbandam.

Sed ſunt aliæ multo grauiores cauſę, quæ ad accedendam hãc ſynodum urgere uidebantur.

I. Cum enim hęc ſynodus inſtituta ſit, ut doctrina noſtrarum, hoc eſt, piarum eccleſiarum, publice, & quaſi auribus uniuerſi Chriſtiani orbis audiatur, officium exigit, ut ueritatem Euãgelij filij Dei, quę ut publice, in ſynodo audiatur, ſępe ac multum poſtulatum eſt, confiteamur. Quemcunque mei, ac meorum ſermonum (inquit filius Dei) puduerit, in natione hac adultera & peccatrice, pudebit illius et filium hominis, ubi uenerit in gloria patris ſui cum angelis ſanctis.

Etſi enim ſynodus eſt illegitima, & nihil certius habetur, ꝙ ꝓ ſit damnatu‑

natura piam doctrinam, cuius rei ex-
emplum antea manifeſte exhibuit, ta-
men pij non debent ſuum officium
prætermittere, quod impij ſuum præter-
mittant. Et quo magis iudicamus ſy-
nodum Tridentinam eſſe nationem
adulteram & peccatricem, eo minus
pudere nos debet (ſicut iam recitatum
eſt) coram ea, filium Dei, & ſermones
eius confiteri.

II. Et uocat nos in ſynodum, ad red-
dendam rationem fidei noſtræ, non
gregarius quiſpiam miles, ſed Roma-
nus Imperator, quem agnoſcimus ſum-
mum in terris magiſtratum noſtrum,
& cui hac in parte non impia, ſed pia
& officio profeſſionis noſtræ congru-
entia præcipienti debemus obedienti-
am, non tantum propter iram, ue-
rum etiam propter conſcientiam.
Nam ſi nunc ceſſaremus, qua fronte

poſſemus poſtea, orta perſecutione,
quęri, doctrinam noſtram nondum
auditam damnari? Et quis bona con-
ſcientia ſuſtineret pericula, quæ dein
ceps ei propter doctrinæ ſuę profeſſi
onem acciderent?

III. Debemus & hoc officium alijs
nationibus, quæ certe plurimum of-
fenderētur, ſi cognoſcerent nos defu
giſſe publicam doctrinæ noſtræ con
feſſionem: & fortaſſis multi ingenua
& aperta confeſſione piæ doctrinę ex
citabuntur, ut eam nobiſcum ample-
ctantur.

IIII. Debemus etiam hoc officium
poſteritati, ut hac occaſione tranſmit-
tamus ad eam, epitomen & compen-
dium uere piæ doctrinæ: qua fiat, ut
non ſolum rectius quam qui nunc ſūt
pontifices, de nobis iudicent, uerum
etiam uia æternæ ſalutis ſuæ confidē-
tius & ſecurius progrediantur, ſicut

& martyres; quos uocant, & reliqui maiores noſtri optimam nobis operam nauarunt, ꝙ propheticam & apoſtolicam doctrinam tranſmiſerint ad nos, & quaſi in manus noſtras, extremis uitæ ſuæ periculis, tradiderint.

V. Quid, ꝙ aduerſarij ſpargerent nos, ſi non accederemus ad ſynodum, defugiſſe lucem, & metuere cauſæ noſtræ. Quod quanto fieret offendiculo tam infirmorum q̄ꝫ ignorantium ueritatem doctrinæ noſtræ, perfacile conijci poteſt.

Nam ꝙ ſynodus non ſit uere legitima, & ijdē ſint iudices, qui & accuſatores & rei: iniquiſſimum quidem eſt, & deplorandum. Sed an nō Chriſtus ipſe, & Stephanus, & Paulus, coram iniquiſſimis ſynodis cauſam ſuā expoſuerunt? Et quanq̄ꝫ aliquot ueterum patrum defugerunt illegitimas ſynodos, tamen hęc exempla non ſunt

tanti momenti, ut faciant generalem regulam; & habuerunt ipſi multo aliás conſilij ſui rationes, quam nos in præſentia habemus, de quibus nunc non eſt operæprecium copioſius dicere. Nec metuẽdum eſt, ne acceſſu noſtro uideamur approbare impietatem ſynodi, quia idcirco accedendum ſit, ut cõfeſſione piæ doctrinę noſtrę palam teſtificemur, nobis plane nihil eſſe commune cum ipſorum impietate: ſicut & Petrus & reliqui Apoſtoli tanto minus conſentiebant in pontificiam & Pharìſaicam doctrinam, quanto liberius coram cõcilio pontificum & Phariſęorum Hieroſolymis, IESVM CHRISTVM filiũ dei confitebãtur.

Quod autem ad pericula attinet, ſubeunda quidem ſunt haud mediocria. Quid enim ſpei ſalutis eſſet inter hoſtes capitales? Sed ſi prouideatur quantum humanitus fieri poteſt, ut &

Impe

Imperator & ſynodus publicam ſecuritatem literis ſuis promittant, pericula, quæ imminere uidentur, tuto, citra Dei tentationem, & ex fide adiri poſſunt. Non enim ſuſcipiuntur temere, ſed ex officio, quod iubet nos reddere fidei noſtræ rationem, & ex uocatione Dei, qui uult, ut non pudeat nos filij ſui & ſermonum eius, coram adultera & peccatrice natione. Quod ſi Deo curæ ſunt etiam paſſeres in terram cadentes, non dubitemus, quin & confeſſores nominis ſui in medio quoq; inimicorum ſit conſeruaturus. Si uero conniueat, ut aduerſarij fidem ſuam uiolent, & profeſſores piæ doctrinæ, è medio, pro ueteri ſua crudelitate tollant: non aliud reliquum eſt, quàm ut quod Paulus, momentaneam leuitatem afflictionis, æterno gloriæ pondere compenſet.

Quæ cum ita ſe habeant, uiſum eſt optimo principi D. Chriſtophoro, Legatos ſuos ad ſynodum Tridentinam mittere, ut et obſeruantiam ſuam erga inuictiſſ. D. Carolum Imperatorem probaret, & ſtudium ſuum erga eccleſiam filij Dei teſtificaretur.

Secuta igitur eſt altera deliberatio de conſcribendo ſymbolo, ſeu confeſſione, in qua recitaretur, nō ſolum genus doctrinæ quod hactenus ab inſtaurato Euangelio filij Dei, in eccleſijs Illuſtriſſimi Principis D. Chriſtophori, uſitatum fuerat: uerumetiam quid Principi in uniuerſa eccleſię adminiſtratione emendandum uideretur. Sic enim habebat Decretum Comitiorum Imperialium, ut quod quiſque ad utilitatem & tranquillitatem conſcientię ſuæ neceſſarium putaret, Tridentinæ ſynodo proponeret. Quare, cum Princeps non poſſet bona conſcientia,

ſciẽtia, uel piam doctrinam deſerere,
uel impietatem aduerſariorum appro
bare, uoluit confeſſione uere catho-
licę & orthodoxę fidei, tranquillitati
conſcientiæ ſuæ conſulere, ac oſtende
re quid pro ſuo erga eccleſiã filij Dei
ſtudio, in tanta doctrinæ & morum
corruptione deſideraret. Hæc confeſ-
ſio exhibita eſt poſtea per Legatos e-
ius, ſynodo Tridentinæ, ſicut infra ex
ponetur. & nunc in lucem data, pu-
blice extat.

Sed priuſq̃ Legati mitterentur ad
ſynodum, ſignificauit inclyta Reſpu-
blica Argentoratenſis Principi Chri-
ſtophoro, ſe cupere cũ ipſo de rebus
ſynodicis, quędã conferre. Inſtitutus
igitur eſt conſenſu Principis & Sena-
tus Argentoratenſis Conuentus in
Dornſtetten, Ducatus Vuirtẽbergen
ſis, in ſylua Hercinia, quod Acantho-
polim dicere poſſes. Vbi cum Legati

tam politici, quàm Theologi conueniſſent, uiſum fuit & ipſis concordi ſententia, ad ſynodum Tridentinam accedendum, & ſyngramma confeſſionis à Theologis tam Vuirtembergenſibus quàm Argentoratenſibus expendendum eſſe.

Itaque conuocati ſunt paulo poſt, mandato Principis, ad Stutgardiam Vuirtembergenſis Ducatus metropolim, præcipui Theologi & eccleſiarum in ea regione paſtores, qui ſyngramma confeſſionis, ſumma cura et diligẽtia examinatum, non ſolum approbarunt, uerumetiam aduerſus portas inferi, adiuuante diuina clementia, pro ſua uocatione tuendum ſuſceperunt.

Et quoniam maxima uis eſt confeſſionis, ac præcipue in eccleſia, conferendum eſt cum impijs doctoribus genus doctrinæ, ne quo modo in uanum curramus, ſicut Paulus loquitur.

Miſſi

Miſſi ſunt tām à Princīpe, q̄ à Repū-
blica Argentoratenſi Legati Theolo
gi in Saxoniam, qui confeſſionem cu
ius iam ſępe mentionem fecimus, Sax
onicis & uicinis eorum Theologis iu
dicandam proponerent, ac de ea ſentē
tiam ipſorum audirent, & uiciſſim ab
eis exemplum confeſſionis ſuę doctri
næ peterent. Dicebantur enim & ipſi
conſcripſiſſe epitomen piæ doctrinæ
eccleſiarum ſuarum, & ſeſe ad ſuſcipi
endam profectionem in ſynodū Tri-
dentinam accingere. Quæ confeſſio
etiam ipſa poſtea in lucem ędita eſt, et
iam publice magna uere eccleſiæ utili
tate extat. Cum igitur Saxonici Theo
logi, ac uicini eorum legiſſent confeſ-
ſionem Vuirtembergēſem & Argen
toratenſem, iudicauerunt eam eſſe piā
& conſentaneā propheticis ac Apoſto
licis ſcriptis, & doctrinę ſuarū eccleſia
rū, id q̊d αὐτόγραφοις ſuis teſtati ſunt.

Acceſſerunt de hac confeſſione etium aliorum Theologorum & illuſtrium uirorum teſtimonia, quę longum eſſet in præſentia commemorare.

His rebus ita peractis, tempus erat ut mitterentur Legati ad Tridentum. Sed priuſquam eò ablegarentur Theologi, uiſum eſt Illuſtriſſimo Principi mittere politicos Legatos, qui exhibitione confeſſionis, & confectione aliarum rerum neceſſarium prępararent uiam theologicæ tractationi. Miſſi ergo ſunt ad Tridentum inſignes nobilitate & pietate uiri D. Ioannes Theodoricus à Plenningen, & D. Ioannes Henricus Hockling à Steineck Iureconſultus, qui diuina clementia adiuti, ad Tridentum die uiceſima ſecunda menſis Octobris, anno milleſimo quingenteſimo primo ſalui & incolumes uenerunt.

Hi Legati instructi fuerũt pro mo-

rea

re à Principe, publico mandato, quo
teſtimonium haberent ſe eſſe ueros et
legitimos Principis Legatos. Ac ut
perſpicuum fiat, Principem non ſub-
ieciſſe ſe concilij ſententiæ, niſi legiti
me & Chriſtiane celebretur, uerba ip
ſa mandati teſtificantur. Palam enim
affirmat Princeps, ſe acta concilij eate
nus rata habiturum, quatenus (prout mul
tis iam habitis Imperij comitijs decre
tum eſt) libere, legitime, & Chriſtia-
ne celebretur. Quibus uerbis Princeps
aperte ſignificat, ſe tum demum ſen-
tentiam concilij probaturum, ſi fiat uere
libera, legitima & Chriſtiana cogni-
tio de eccleſiaſtica doctrina.

Deinde mandatum eſt Legatis, ut
primo quoque tempore exhiberent Sy
nodo confeſſionem Principis, de qua
ſupra ſæpe dictum eſt: quo ſynodus
ſine ulla mora et ambiguitate cognoſ-
cere poſſet, quod genus doctrinæ Prin-

ceps agnoſceret, & Theologi eius de-fendendum ſuſciperent.

Etſi autem multi eorum, qui columnæ Synodi uidebantur, ſępe iactauerant ſe nihil magis optare, quàm ut Proteſtantes (ſic enim libuit ipſis uocare eos, qui ſunt profeſſores uere piæ doctrinæ Euangelij CHRISTI) ad ſynodum accederēt, & cum ipſis de doctrina conferrent, ac ſynodus ipſa publice in quodā Decreto, die undecima Octobris, anno quinquageſimo primo ſignificauerat, ſe magno deſiderio aduentum Proteſtantium ante multos mēſes expectaſſe, tamen Legati Principis cum paulo poſt, uidelicet die uicesima ſecunda eiuſdem menſis & anni, ad Tridentum ueniſſent, & ſummo ſtudio, ac maxima cura, nūc apud oratores Cęſareę Maieſtatis, nunc apud quoſdam Cardinales & Epiſcopos inſtarent: ac urgerent, ut liceret

ipſis

ipſis coram ſynodo mandata ſua expo
nere, nõ potuerunt impetrare, ut hoc
eis à Legato põtificio permitteretur,
donec tandem cum multo tẽpore tran
ſacto, Legati tanq̃ re infecta, abitum
pararent: conceſſum eis eſt, ut ſi quid
nomine Principis in mandatis habe-
rent, exponerent patribus ſynodi, nõ
quidem in ſeſſione, ſed in congrega-
tione eorum.

Aiunt enim quadruplex eſſe ge-
nus conuentus patrum in ſynodo. V-
nus eſt, quod ſeſſionem uocãt: hic eſt
præcipuus, & ut ipſi ſentiunt, Sacro-
ſanctus conuentus, quem etiam multa
oſtentatione & magnificẽtia celebrãt.
In hoc conuentus Canones & Anathe
mata publicãtur, & ſi quidem reliqui
adhuc ſunt Canones decernendi, ꝓpo
nunt Theologis articuli, expẽdendi,
& de ipſis ſententias ſuas dicẽdi, dum

tempus proximæ ſeſſionis aduenia t: Solẽt etiam in hoc genere conuentus Legati Regum & Principum, ſi quid ſynodo ſignificare uelint, audiri.

Alterum genus eſt, cum ſingulis diebus Theologi coram Legato Pontificio, Cardinalibus, Epiſcopis, & Legatis Principum, ſuas de propoſitis articulis ſententias dicunt. Sed hactenus non ſunt admiſſi ad dicendam ſententiam alij Theologi, niſi certi, et ab ijs, qui ſynodo pſunt, delecti. Fortaſſis metuunt patres, ne ſi etiam hi Theologi, qui pugnant cum pontificia impietate, publice ad dicendam ſuam ſententiam admitterẽtur, aut aliqt ex patribus melius de pia doctrina ſentire inciperent, aut pontificia impietas publica quadam autoritate latius diuulgaretur.

Tertium genus eſt, in quo remoſis & excluſis laicis, quos ita uocant,

ſoli

ſoli clerici, penes quos eſt ſummā ſy-
nodi poteſtas, præſide Romani Pon-
tificis Legato, conueniunt. In hoc con
uentu deliberatur et decernitur de Ca
nonibus & Anathematis, poſtea in
ſeſſione publicandis. Huic conuentui
arbitrantur ſpiritum ſanctum, ne poſ-
ſe quidem, etiam ſi uellet, deeſſe: pro-
pterea quod ibi ſoli ſacroſancto Chriſma
te, cui ſpiritum ſanctum ſeſe captiuum
tradidiſſe putant, delibuti conueniāt.

Quartum genus eſt uulgare, quod
uocant Congregationem, cum patres
coeunt propter negocia quæ ipſis par
ui momenti & indigna uidentur, quę
publice in ſacroſancta ſeſſione tra-
ctentur.

Hæc de generibus Conuentus ſy-
nodi idcirco commemorare libuit, ut
lectores intelligerent, quo loco ſyno-
dici patres legationē principis, adeo-
que cauſam ipſam piæ doctrinę habe

rent, cum eam non in ſeſſione, ſed in uulgari illa congregatione audire uoluerint. Poſtq̃ enim Legati diu multumque tribus plus minus menſibus, fruſtra inſtitiſſent, ut audirentur: permiſſum eſt eis tandem ut die XXIIII. Ianuarij, anno LII. mandata ſua, non quidem coram ſeſſione, ut diximus, ſed coram congregatione, uulgari illo conuentus genere, exponerent. Etſi autem Legati poſtulabant nomine Principis, ut pro more, in ſeſſione, præſertim cum ea ad diem XXV. præfati menſis & anni indicta eſſet, audirentur, tamen niſi uoluiſſent re infecta abire, neceſſe habuerunt ſuum negocium coram congregatione conficere.

Exhibuerunt igitur Congregationi die XXIIII. Ianuarij confeſſionem Principis, additis nonnullis grauaminibus, quorũ leuatiõem neceſſarium uiſum eſt Principi à Synodo petere,

ante-

anteq; theologica tractatio ſuſciperetur, ſed uerba ipſa, quibus Legati hęc exhibuerint congregationi ſynodi, operęprecium iudicaui huc adſcribere.

REuerendiſſimi patres, Illuſtriſſ. Principes, & Domini obſeruandiſſimi, ſacra Romana Cæſarea Maieſtas, Dominus noſter clementiſſimus, hortatus eſt pro ſumma clementia maieſtatis ſuæ Illuſtriſſimum Principem ac Dominum, D. Chriſtophorum Ducem Vuirtembergenſem & Teccenſem, &c. dominum noſtrę gratioſum, cuius Legatione in præſentia, uigore huius mandati, quod hic exhibemus, fungimur: ut ad cœtū Reuerendiſſimarum ueſtrarum paternitatum referat, ſi quid habet, quod ad publicam catholicę eccleſiæ utilitatem, & ad conſcientię tranquillitatem pertinere uideatur.

Quare, ut iã dictus illuſtriſſimus Princeps, dominus noſter gratioſus, teſtificetur pium ſuum affectum erga ueram eccleſiam Chriſti, & declaret obedientiam ſuam erga ſacram Romanam Cæſaream Maieſtatem, dominũ noſtrum clementiſſimum, curauit in ſcriptum conferri ea quę arbitratur ad conſtituendam ueram pacem eccleſię, tam in doctrina, q̃ in ritibus eccleſiaſticis emendanda eſſe.

Hoc ſcriptum offerimus iuſſu & mãdato illuſtriſſimi Principis noſtri, Reuerendiſſimis ueſtris paternitatibus: & ſperamus fore, ut ueſtræ Reuerendiſſimæ paternitates ex eo cognoſcant, Illuſtriſſimo Principi noſtro nec curam nec ſtudium deeſſe, ut uera pax & concordia in eccleſia Chriſti conſtituatur.

Quod ſi uero quid in hoc breuius uel obſcurius, q̃ res tãta poſtulat, dictum

ctum

ctum fuerit: aut ſi alioqui opus eſſe uidebitur, idem Illuſtriſſimus Princeps noſter, Theologos ſuos, qui id copioſius & magis perſpicue explicent, nec non ſacræ ſcripturæ teſtimonijs defendant ac tueantur, debita eis præſtita ſecuritate, ſe miſſuꝝ polliceť & offert.

Et cũ hucuſq; dilata ſit actio, Princeps noſter Illuſtriſſ. interea nobis aliquot grauamina tranſmiſit, iuſſitq; Reuerẽdiſſimis paternitatibus illa ueſtris exhiberi, ut uidelicet eo facilius ad cauſæ tractationem perueniri poſſet, & ut Theologi quoq; Principis noſtri eo citius huc amẽdent. Cumq; hæc ipſa grauamina ſint eiuſmodi, ut pro rei magnitudine prętermitti non poſſint, & neceſſario proponantur: Illuſtriſſimi Principis noſtri nomine etiam atq; etiam rogamus, ut Reuerẽdiſſimæ paternitates ueſtræ benigne illa ſuſcipiant, ſimulatque reſponſum

nobis commodum, quāprimum fieri
poterit, dare dignetur.

Hactenus Legatorum uerba.

Scriptum autem cuius Legati men
tionem faciunt, & quod exhibuerunt
ſynodo, eſt Confeſſio illa piæ doctri-
næ, quæ iam in lucem edita eſt, & uul
gata: quare ſuperuacaneum iudicaui
eam hic recitare. Sed quia ſcriptū gra-
uaminum, quorum etiam Legati me-
minerunt, non extat, libuit hic ſubij-
cere.

GRAVAMINA.

Illuſtiſſ. Princeps ac Dominus. D.
Chriſtophorus Dux Vuirtembergē-
ſis, Dominus noſter clementiſſimus,
certo ordinauit ad Tridentum quoſ-
dam è Theologis ſuis, qui oblatam
Confeſſionem autoritate ſcripturæ ſa
cræ, & uero catholicæ eccleſiæ con-
ſenſu defendāt ac tueantur, & ſi opus
fuerit, copioſius explicent.

Sed

Sed priuſquam Theologi ſuſcipiant explicationem, petit Illuſtriſſimus Princeps noſter, de quibuſdam grauaminibus ſuis ſententiam Tridentini conuentus audire.

PRIMVM GRAVAMEN.

Quod ad audiendam Theologicã explicationem nondum ſint ordinati & conſtituti, ex utriuſq; partis conſenſu, idonei iudices ſeu arbitri, qui de præſenti controuerſia religionis, legitime, iuxta ſcripta prophetica & apoſtolica, & iuxta ueræ ueræ catholicæ eccleſiæ conſenſum, cognoſcant.

Nam cũ Illuſtiſſ. Princeps noſter intellexerit maximam partem doctrinæ ſuorũ Theologorum pugnare cũ doctrina & ſentẽtia pontificis Romani, & eorum Epiſcoporum, qui ſunt Romano pontifici iuramentis & alijs obligationib. addicti, nullo iure, nulla æquitate fieri poteſt, ut pontifex

& Epiſcopi eius, in hac cauſa, in qua ipſi ſunt pars, ſiue accuſatores, ſiue rei pro idoneis iudicibus aut arbitris cognoſcantur.

Petit igitur Illuſtriſſimus Princeps, ſe certiorem reddi, qui ſint futuri huius rei iudices aut arbitri.

SECVNDVM GRAVAMEN:

Quod conuentus Tridentinus nō uideatur ſeruari iuxta receſſus Comitiorum Imperialium Auguſtanorum, in quibus decretum fuit, quod concilium Tridentinum continuari, & omnia Chriſtiane, honeſte, & congruenti ordine tractari debeant. Hæc uerba, Illuſtriſſimus Princeps noſter, nunquam aliter intellexit, quam quod concilium Tridentinum antea anno XLVI. inſtitutum, non ſit ita continuandum, & proſequendum, ut decreta in eo facta pro concluſis & ratis habeantur. Quę enim hæc eſſet honeſtas & congruentia, ea decreta

decreta pro ratis et ſacroſanctis haben-
da imponere, quæ parte altera nondũ
audita, ſunt conſtituta? Sed q̃ ab ini-
tio omnia capita religionis noſtrę, de
quibus controuertitur, iterum tracta-
ri: & ijs audiendis ac dijudicandis ue-
re legitima & ęquitati conueniens a-
ctio obſeruari debeat.

Quare, quum hoc Tridentinum concilium, non uideatur hoc modo in-
ſtitutũ, petit Illuſtriſſimus Princeps, ut receſſui Comitiorum Imperialium hac in parte ſatisfiat.

TERTIVM GRAVAMEN.

Quód in ſeſſionibus non ſolum eius concilij, q̃ anno XLVI. Tridenti inſtitutum eſt: uerum etiam huius concilij, quod iam continuatur, decreta ſint multa, aliena a ſacris literis, & confirmati multi ueteres errores. Sicut Theologi Illuſtriſſ. Principis ſeſe coram idoneis Iudicibus aut arbitris

declaraturos recipſunt.

Petit igitur Illuſtriſſ. Princeps, ut talia decreta non habeantur pro concluſis & ratis, ſed tantū pro diſcernendis & iudicandis: donec idonei iudices aut arbitri, ex utriuſq; partis conſenſu eligātur, & ab his legitima (iuxta ſententiam ſacræ ſcripturæ & conſenſus ueræ eccleſiæ) cognitio fiat.

Cum igitur Illuſtriſſ. Princeps noſter, in hoc præcipue ſtudium incumbat, ut uera & pia concordia in eccleſia conſtituatur, non dubitat æquum eſſe, ut his iam commemoratis grauaminibus leuetur, & exoneretur, ac uiciſſim recipit ſe, ope & auxilio diuinæ clementiæ, nullum officium Chriſtiano & pio principe dignum intermiſſurum, qua ſperat ſe deo patri Domini noſtri IESV Chriſti fidem & obſequium ſuū probare, & incolumitatem ac tranquillitatem ueræ, ſanctæ,

Apoſto-

Apoſtolicæ & catholicę ęccleſiæ iu-
uare poſſe.

Hactenus grauamina.

POſtquā igitur Legati Principis exhibuiſſent cōfeſſionem una cū grauaminibus iam cōmemoratis, reſpondit Notarius Concilij hiſce propemodum uerbis: Sacroſancta Synodus legitimæ in Spiritu ſancto cōgregata, audiuit ea quæ propoſuiſtis: & quia hæc indigent deliberatione, dabitur nobis ſuo tempore reſponſum.

Nec eſt hoc loco prætereundum, quod Illuſtriſ. Princeps curauerit conferri in ſcriptum, non ſolum Eccleſiaſtica illa quę iam recenſuimus, uerum etiam politica Grauamina, quibus ſeculares (quos ita uocant) Principes à Romano pontifice & ab Epiſcopis, in mundana dominatione one ati ſunt. Sed quia paucisſimi ſeculares principes miſerant legatos ſuos ad Triden-

tum, nec licuerit de his grauaminibus pro rei magnitudine et neceſſitate hoc tempore, prolixe cum aliis delibera-re, non ſunt Synodo exhibita.

Porro autem, cum legatis ſiue illis politicis, ſiue Eccleſiaſticis aut Theologis ad Synodum profecturis, neceſſaria fuerit publica fides & ſecuritas, quam Saluum cõductum uocant. Viſum eſt hoc loco, quid de ea actum ſit paucis perſtringere.

Initio poſtq̃ inuictiſſimus D. Carolus Imperator Romanus, hortatus eſt principes & reliquos ordines Imperij, ut uel ipſi accederent ad Synodum, uel Legatos ſuos eo mitterent, addidit etiam literas publicæ ſecuritatis & ſalui conductus, quibus quod ad ipſum quidem Imperatorem pertinet, & quoad eius per ipſum fieri poterat, ſatis tuti uidebantur, quotquot ex Imperio Germanicæ natiõis ad Sy-

nodum

nodum eſſent acceſſuri. Diligenter enim cauetur, ut ijs, qui ſuſcipiunt profectionem ad Synodum, liceat libere, abſq; omni periculo & incommodo ad Synodum proficiſci, in ea commorari, & ab ea recedere, ac in tutum locum ſeſe recipere.

Deinde, Synodus etiam ipſa ædidit publico decreto, ſaluum conductum, in quo concedit omnibus & ſingulis (ſic enim loquitur Synodus) ſiue Eccleſiaſticis, ſiue ſecularibus perſonis uniuerſæ Germanię cuiuſcunq; gradus, Status, conditionis, & qualitatis ſint, qui ad œcumenicum & generale concilium accedere uoluerint, publicam fidem & plenam ſecuritatem. Et reliqua, quæ in eo decreto continentur.

Itaq; his uerbis Imperatoris, & Synodi conſtitutionibus ſatis muniti uidebantur, qui ex Germania ad Syno-

dũ profectionẽm ſuſcipere |cōgitabãt.
Sed extitit iam multis annis conſti tutio ſynodi Conſtantienſis, de non ſeruanda publica fide hæreticis: quã conſtitutionem non uidetur ſuperuacaneum ad uerbum huc adſcribere, ut ex ea intelligamus, quantum fidei, ĳ quos pontifex Romanus & Epiſcopi eius hæreticos iudicauerint, publicis ſaluis conductibus tribuere debeant.

Ex actis concilĳ Conſtantienſis, ſeſſione decimanona.

Præſens ſancta ſynodus, ex quouis ſaluo conductu per Imperatorem, Reges, & alios ſeculi principes, hęreticis uel de hæreſi diffamatis, putantes eoſdem ſic à ſuis erroribus reuocare, quocunq; uinculo ſe aſtrinxerint conceſſo, nullum fidei catholicæ uel iuriſdictioni eccleſiaſticæ pręiudiciũ generari, uel impedimentum præſtari poſſe ſeu debere, declarat: quo mi-

nus dicto ſaluo conductu non obſtan te, liceat iudici competenti & eccleſiaſtico de huiuſmodi perſonarum erroribus inquirere, & alias contra eos debite procedere, eoſdemq; punire, quantum iuſtitia ſuadebit, ſi ſuos errores reuocare pertinaciter recuſauerint: etiamſi de ſaluo conductu confiſi ad locum uenerint iudicij, alias non uenturi: nec ſic promittentem, cum alias fecerit quod in ipſo eſt, ex hoc in aliquo remanſiſſe obligatum.

HACTENVS VERBA Conſtitutionis Conſtantienſis.

Etſi autem hi qui autoritate propheticę & Apoſtolicæ ſcripturæ pugnant, cum pontificia et monaſtica impietate, iniuſtę accuſantur hereſeos, &

de Imperatoris Caroli fide, in ſeruan-
do ſaluo ſuo conductu, bene ſperan-
dum erat: tamen quia in ſaluo condu-
ctu, quem ſynodus Tridentina pro-
mittebat, nihil diſerte cautum erat de
hac Conſtantienſi conſtitutiõe, haud
immerito de fide eius dubitandum fu
it. Quid ſi enim Romanus pontifex,
qui ſibi poteſtatem ſupra ſynodũ uen
dicat, ſententiam ſynodi de ſaluo con
ductu, pro ſuo arbitrio & commodo
aboleret? Quid ſi ſynodus ipſa, etiãſi
pontifex ſeſe ei ſubijceret, retractaret,
aut (ut ipſorum uerbo utar) declara-
ret, hoc eſt, in contrariam ſententiam
mutaret? Si enim ſynodus arrogat ſi-
bi poteſtatem in cœlo & in terra, &
putat ſibi licere Imperatores & Reges
ſuis pactis, conuentis & iuramentis li
berare ac abſoluere, quomodo non iu
dicaret datam ſibi licentiam, etiam ſe-
ipſam à ſeruanda fide ſalui ſui condu-
ctus

ctus, abſoluendi.

Quod cum ita ſe habeat, Illuſtriſſimus Princeps dux Mauritius, Elector Saxonię, qui & ipſe miſſurus erat ad Tridẽtinam ſynodum Theologos ſuos, qui etſi iter ad Tridentum ſuſceperãt, tamẽ bello illo grauiſſimo, quod ijſdem temporibus inciderat, ex itinere retracti ſunt: multum ſtudij adhibuit, ut ſynodus promitteret ſaluum conductum tali forma, quali datus eſt ſaluus conductus Bohemis in concilio Baſilienſi.

Hęc forma ſalui conductus uiſa eſt commodiſſima, propterea ꝙ in ea nõ ſolum promittatur libertas faciendi pro noſtro more ſacra in hoſpitijs, & de ſeueritate Conſtantienſis conſtitutionis aperte derogetur, ac pro Romano quoq; pontifice ſpondeatur, uerũ etiã de iudice controuerſię in cauſa religionis pijſſime & prudentiſſime ca-

ſicatũr, hiſce uidelicet uerbis:

Et ſignanter quod in cauſa (contro uerſa) lex diuina, praxis Chriſti, apoſtolica, & primitiuæ eccleſiæ, una cũ concilijs, doctoribusq; fundantibus. ſe ueraciter in eadem, pro uerißimo & indifferente iudice in hoc N. concilio admittentur.

Hæc pericope de iudice in religionis diſsidio, plena eſt æquitatis, & eſt uera ſpiritus ſancti ſententia. Nec poteſt alia certa & firma ratio, qua talis controuerſia componatur, iniri, quam quæ his uerbis præſcripta eſt.

Nomine enim legis diuinæ, intelligenda eſt ſacra ſcriptura, prophetica et apoſtolica, quæ eſt cœleſtibus teſtimonijs confirmata, & quę nobis diuinitus in hunc uſum cõmendata & tradita eſt, ut ex ea quis ſit uerus deus, & quæ ſit uera Dei religio, qua æternã ſalutem conſequimur, diſcamus. Sacræ

cræ literæ, inquit Paulus, poſſunt te eruditum reddere ad ſalutem, per fidem que in Chriſto Ieſu. Et mox: Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, utilis eſt ad doctrinã, ad redargutionẽ, ad correctionem, ad inſtitutionem, quę eſt in iuſtitia, ut integer ſit dei homo ad omne opus bonum apparatus. Cũ igitur ſacra ſcriptura, ſit cœleſte oraculum, quo cognitio uerę religionis, & ratio conſequendæ æternæ ſalutis traditur, perſpicuum eſt quod in diſſidio de religiõe, & de uera ſacrę ſcripturæ ſententia, ea ipſa ſola debeat eſſe iudex. Neceſſarium quidem eſt, ut homines de ea pronuncient. Neq; enim ſolent angeli de cœlo externa forma mitti, qui ſcripturam explicent: quinimo angeli ſolent ignaros aut cupidos ueræ religionis, ad homines apoſtolos mittere, ſicut in Actis apoſtolicis angelus iubet Corneliũ uocá

re ad ſe Petrum, & mittit Paulum i
Macedoniam. Sed cum homines do
cent religionem, aut pronunciant d
ſententia ſacræ ſcripturæ, debent ſib
ſolam ipſam ſcripturam pro norma &
regula, ad quam omnia ſua iudicia d
rigant, proponere.

Pſal. xviij. Lex Domini immacul
ta, conuertens animas: Teſtimoniu
Domini fidele, ſapientiam præſtan
paruulis: Iuſtitiæ Domini rectæ, læ
ficantes corda: Pręceptum Domini l
cidum, illuminans oculos.

Pſal, cxviij. Lucerna pedibus me
uerbum tuum, lumen ſemitis meis.

Ioannis xij. Qui ſpernit me, et no
accipit uerba mea, habet qui iudic
ipſum: ſermo quem locutus ſum, iu
cabit eum in nouiſſimo die, ꝙ ex m
ipſo non ſum locutus, &c.

ij. Pet. i. Habemus firmiorem ſe
monem propheticum, cui dum atte
diti

ditis, ceu lucernæ apparenti in obſcuro loco, recte facitis, donec dies illuceſcat, &c.

Hæc & id genus alia ſcripturæ dicta, teſtificantur ſolam Sacram ſcripturam eſſe regulam, ſecundum quam de religione & de ipſo Scripturæ ſenſu iudicandum ſit & pronunciandum.

Et quia inſtitutionem ſacramentorum nemo rectius intellexit, ꝙ Chriſtus ipſe, qui ea inſtituit: & Apoſtoli eius, qui accepto Spiritu ſancto, ſententiam doctrinæ Chriſti probe cognouerunt: ac Eccleſia recens, quæ prædicationem & explicationem Apoſtolorũ audiuit: idcirco pie addit Baſilienſis pericope de ſacramentorum uſu, quem praxim uocant: ut & ſecundum hunc Chriſti, Apoſtolorum, & recentis Eccleſiæ uſum, de diſſidia in cauſa ſacramentorum iudicetur:

Addit poſtremo etiam Concilia et

doctores. Seniorum enim, coram qui
bus aſſurgendum eſt, iudicia, nō ſunt
pręfracte contemnenda. Non autem
permittit eis liberam iudicandi pote
ſtatem, ſed reuocat eos ad certam illā
ſacræ ſcripturæ normam, fundātibus
ſe (inquiens) in eadem uidelicet Le-
ge diuina, ſeu Sacra ſcriptura: idqꝫ nō
apparēter, ſed ueraciter. Quid poteſt
de iudice in controuerſia Religionis,
honeſtius & ęquius, in Eccleſia poſtu
lari?

Sed nunc uide mihi (quęſo) frau-
dulentas Tridentinę Synodi inſidias
& præſtigias. In literis enim Salui ſui
conductus, non modo omiſit illud q̊d
de libero uſu diuinorum officiorum
in hoſpitijs, & de ſponſione pro Ro-
mano pontifice petitum fuit: uerume-
tiam captioſe mutauit, quod de iudi-
ce huius controuerſiæ, in ſaluo condu
ctu Baſilienſi expreſſe continetur: &

grauiſſimis de cauſis, à noſtris ſingu-lariter requiſitum eſt. Nam pro illis uerbis, quæ iam è Saluo conductu Baſilienſi commemorauimus, Tridentini repoſuerunt hæc uerba:

Et ſignanter, quod cauſę controuerſę ſecundum ſacram ſcripturam, & Apoſtolorum traditiones, probata concilia & catholicæ eccleſię conſenſum, & ſanctorum patrū autoritates, in prędicto Concilio Tridentino tractentur.

In hac mutatione, faciunt quidem mentionem. Sacrę ſcripturæ, ne prorſus uideantur ἀπηλλοτριωμένοι τῆς πολιτείας τοῦ ἰσραὴλ, ut Paulus loquit. Sed priuſquam reliqua uerba expendāus, duo nobis hic ſunt conſideranda.

Vnū eſt, quod Tridentini patres Sacram ſcripturā uocent, non eos tantum libros ueteris ac noui Teſtamēti,

qui ſemper in eccleſia fuerunt certæ et firmæ autoritatis: ſed etiã eos de quorum fide & certitudine, in ueteri & uera Eccleſia dubitatũ fuit, & qui quondam nonnihil quidem ponderis habebant in exhortationibus, non autem in dogmatum probationibus: quales ſunt Baruch, Machabæi, & id genus alij. Nam hos confirmarunt Tridenti tanq̃ uere canonicos, & tanq̃ cœleſtia oracula ſuſpiciendos: quod in ijs quædam contineantur, quæ ad ſtabilienda ſomnia ipſorum idonea uident.

Alterum, ꝙ mentione Sacræ ſcripturæ nõ hoc ſentiunt, ꝙ ea debeat eſſe norma & regula, ad quam omnia decreta Conciliorum, & omnia ſcripta Patrum exigẽda ſint, ſed potius ꝙ decreta Conciliorum, & ſcripta Patrum ſint regula, ad quam Sacra ſcriptura exigi & probari debeat.

Niſi enim hoc ſentirẽt, cur mutaſ

ſer

ſent formulam in Baſilienſi exemplo præſcriptam, & à noſtris tanto ſtudio requiſitam? Sed extant etiam multa alia argumenta, quibus haud obſcure ſignificant, quod ſentiant, non ipſos ſe Scripturæ, ſed Scripturam ipſis ſibi ſubiectam eſſe.

Deinde, quod exemplum Baſilienſe habet Praxim, hoc eſt, uſum Chriſti & Apoſtolorum: mutauerunt Tridẽtini in Apoſtolorũ Traditiones. Vocant autem proprie Traditiones Apoſtolorum, non doctrinam ipſam Euãgelij de Ieſu Chriſto, quam Apoſtoli eccleſijs, quas inſtaurarunt, tradiderunt. Sed quemadmodum alias publico decreto ſuo ſignificant, ritus quoſdam Eccleſiaſticos, de certis temporibus ieiuniorum, de diſcrimine ciborum, de generibus ueſtium Miſſaliũ, & de alijs aut ineptijs, aut rebus per ſe indifferentibus, quas fingunt Apo

ſtolos partim ſcripto, partim ore tãtũ, tanq̃ Cabaliſtica myſteria, eccleſiæ obſeruãdas tradidiſſe. Interea ludũt e-tiã ambiguitate nominis Apoſtolici. Solent enim Sedem Romanam, uoca re Apoſtolicam: & Romanos pontifi ces, Apoſtolicos. Quid ſi ergo nomi ne Apoſtolicarum Traditionum, in-telligerent non proprie doctrinam à ueris illis duodecim Apoſtolis & col legis eorum traditam, quæ & conti-netur ſcripto noui Teſtamenti: ſed ea ſacra, quæ à Romanis pontificib. ſunt aut inſtituta, aut ſtabilita, & adhuc ex ſcrinio pectoris ſui aut inſtituẽda aut ſtabilienda? Quis autem pius tales tra ditiones, aut tale pontificij pectoris ſcrinium, pro iudice in cauſa religio nis agnoſcere poſſet?

Ad hæc, ubi Baſilienſe exemplum habet, Praxim primitiuæ eccleſiæ: ib Tridentina ſynodus reponit, Conſ

ſu

ſum catholicę Eccleſiæ. quę uerba per ſe quædam recte dicentur, ſed ut Tridentini patres ſunt affecti, non uocãt Conſenſum Catholicæ Eccleſiæ, qui definitur ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis, & in quo conuenit uniuerſa uere pia Eccleſia iam inde ab initio orbis conditi, ſempiternis ſeculorum ætatibus. Qualem conſenſum allegat Chriſtus ipſe: Neceſſe eſt, inquiens, impleri omnia, quæ ſcripta ſunt, in lege Moſi & prophetis & Pſalmis, de me. Et Petrus: Huic, inquiens, teſtimoniũ ferunt omnes Prophetę, quod remiſſionem peccatorũ accipiant per nomen eius, quoquot credũt in eum. Et iterum: Futurum eſt, ut omnis anima quæ non audierit Prophetam illum, exterminetur è populo. Quin et omnes Prophetæ à Samuele, et dein-

ceps quotquot loquuti ſunt, etiam ad-
nunciauerunt dies iſtos.

En hic eſt uere Cõſenſus catholicus, & hæc eſt uere Eccleſia catholica: ſed patres Tridentini uocant Conſenſum catholicæ eccleſię, Concordiam in obſeruandis ritibus eccleſiaſticis, ſiue piis, ſiue impiis, iuxta ſententiam Romanorum Pontificum, & uſum Romanę eccleſiæ. His enim Catholica eccleſia non eſt, niſi quæ æternam ſuam ſalutem e' Romano pontifice, tanquam Eccleſiæ capite, petat.

Poſtremo, pro eo quod in Baſilienſi exemplo ſcribitur de conciliis & doctoribus ueraciter ſe in lege diuina fundantibus: Tridentini Areopagitæ reponunt, probata concilia, & ſanctorum Patrum autoritates. Sed quæ ſunt illis Concilia probata? Num quę habent certa & firma teſtimonia ſcripturę Prophetice & Apoſtolicę. Non

hoc

hoc uolunt Tridentini patres? Alioq enim, cur formulam Baſilienſis exempli mutaſſent? Sed hęc demum proba ta iudicant Concilia, quæ habent teſtimonia Romanorum pontificum, et Epiſcoporum qui his ſunt obnoxij: quale fuit concilium Conſtantienſe, & id genus alia. Et quos uocant Sanctos Patres? Tolerabile eſſet, ſi loquerentur de patribus ueteris, & adhuc purioris Eccleſię, Chryſoſtomo, Nazianzeno, Hilario, Cypriano, Auguſtino: quanq̃ ne horum quidem autoritas quicq̃ ponderis aduerſus Sacrã ſcripturam habere debet, quemadmodũ ſua ipſi ſponte cõteſtati ſunt. Et intolerabile eſſet Romanis Pontificib. ac Epiſcopis eorũ, ut iuxta horum Patrum ſententiam, & ipſi in ordinem redigerẽtur, & Eccleſia inſtauraretur. Sed loquũtur pręcipue de patribus ſuis Scholaſticis & Monaſticis, quibus

debemus non tantum tyrannidem Romani pontificis, uerumetiam tam uarias & horribiles in eccleſia idolomanias.

Habes ergo inſtitutum ſynodi Tridentinæ, quod etſi habet in ore nomē ſacrę ſcripturę, non tamen animum induxerit, ut in controuerſia Religionis iudicet ſecundum ueram, certã & perpetuam ſacrę ſcripturę ſententiam, ſed ſecundum ſomnia confictarum à ſe traditionum, & Pontificiorum ſuorum Conciliorum, ac Scholaſticorum, hoc eſt, Ariſtotelicorum doctorum. Itaq; quum cœleſtis Pater de ſuo filio clamet, Hunc audite, clamat ex altera parte Tridentina Synodus de ſuis Concilijs & Patribus, Hos audite.

SEd de formula Salui conductus ſatis dixiſſe uidemur. Dicamus etiã quędã de diſputationibus, quas Tridentina Synodus in conuenticulis ſu-

is inſtituit, & quarum ſupra nonnul-
lam mentionem fecimus. Priuſquam
enim ſuſcipiunt Decreta in ſuo illo
myſtico & arcano conuentu conden-
da, & inſeſſione uulganda, concedūt
Theologis, non quibuslibet, ne forte
tumultus fiat in populo, ſed à ſe ſingu
lari conſilio delectis, ut publice ſuas
de propoſitis articulis ſententias di-
cant. Quod exiſtimo hac de cauſa fie-
ri, ut Synodici teſtentur mirificam ſu-
am humilitatem, ne uideantur nimi-
um aut ſpiritu ſancto, quem putant ſe
tenere captiuum, fidere, aut ſuę ipſo-
rum prudentiæ inniti: & ut ſpeciem
exhibeant, ſe nihil præcipitanter de-
cernere, niſe antea auditis & perſpec-
tis utriuſque partis argumētis. Hi e-
nim ſcenici theologi, qui in medi-
um producuntur, ſolent propoſito

controuerſo quodam articulo, recita
re argumenta aduerſariorum, hoc e
Lutheranorum, quos ita uocant, &
mox addere ſuas refutationas: ſed ma
gna ex parte aut deprauans noſtram
piam doctrinam, aut affingunt nobi
errores, qui ne per ſomnium quidem
unq̃ nobis in mentem uenerunt, au
recitant prætermiſſis ac diſſimulatis
firmioribus argumentis, quædam à
ſe ipſis conficta, quibus deinde haud
diſſimiles refutationes ſubiungũt. Si
ita uidebitur, prębebimus aliquando
cupido Lectori harum theologicarum
ſententiarum guſtum, ut pontificię in
eptiæ & impietates, illuſtriores fiant.
Nunc pergemus in noſtro inſtituto.

Sed poſtq̃ formula Salui condu-
ctus publicę, ſed (ut aiunt) obſcuriſſi
me, uix ut à proximis exaudiri potue-
rit, in Synodo prælecta eſt, exhibue-
runt paulo poſt oratores Cęſareani ex

empla

empla eius: non tantum Legatis Prin-
cipis Chriſtophori, uerumetiam Le-
gatis Saxonicis, & clariſſimo uiro do-
mino Ioanni Schleidano, qui tum no-
mine inclytæ Reipublicæ Argentora
tenſis, legatum Tridenti agebat: & ad
monuerunt præterea eos, ut quo poſ-
ſent ſtudio & diligentia, apud princi-
pes ſuos curarent, quo theologi, qui
iam publica ſecuritate & Saluo condu
ctu, de meliori (ut ipſi iudicabant) no
ta, à ſynodo muniti eſſent, primo quo
que tempore ad Tridentum mitteren
tur. Nam quod de grauaminibus an-
tea eſſet relatum & petitum, nõ poſſe
hoc tempore confici, partim ꝙ cum
quædam ſingulariter pertinerent ad
Romanum pontificem, ſententia eius
prius audienda eſſet, partim ꝙ quic-
quid id ſit negotij, pertineat præcipue
ad theologicam tractationem: poſſe i-
gitur præſentibus theologis, de ijs mi-

to melius & rectius, quàm adhuc ab
ſentibus conſtitui: præſertim cum li
ceat eis, ſi uideatur actio minime leg
tima, libere & ſecure, quouis tempo
re abire, & ſeſe ad ſuum tutum locun
recipere. De hoc autem promiſſo ſē
tire poteſt quiſq; quod uiſum eſt: ce
te cum poſtea alij Legati politici prin
cipis Chriſtophori, una cum theolo-
gis & principis & reipublicę Argen-
toratenſis ad Tridentū ueniſſent: uix
magna difficultate impetrare potue-
rūt, ut exorto periculoſiſſimo illo bel
lo, quod mox ſecutum eſt bona gratia
domum libere dimitterentur: etiamſi
iam epiſcopi Germanici fere omnes,
& magna pars Italicorum epiſcoporū
diſceſſiſſēt, Sed de hac re paulo poſt.

Legati ergo Principis, ſermone
Oratorum Cęſarianorum, ad optimā
ſpem futuræ legitimæ tractationis e-
recti, ſtatim ſe ad domum conferunt:

ut Principi quæ acta eſſent, coram re-
ferrent, & ut theologi quam primum
fieri poſſet, profectionem ad Triden-
tum ſuſciperent.

Hæc fere ſunt, quæ per priores le-
gatos illuſtriſſimi Principis, domini
Chriſtophori Ducis Virtembergen-
ſis, in Synodo Tridentina confecta
ſunt.

Nunc etiam acta poſteriorum Le-
gatorum & Theologorum breuiter
perſtringamus.

Et ſi enim grauiſſimę erant cauſæ,
cur illuſtriſſimus Princeps non mitte-
ret ad Tridentum alteros legatos, ſi-
ue politicos, ſiue theologos, partim
quod formula Baſilienſis ſalui con-
ductus, à Tridentinis patribus inſi-
dioſe mutata uideret: partim ꝙ de re-
leuãdis propoſitis grauaminib. nihil
certi reſponſũ eſſet. Tamẽ quia Chri-
ſtianę charitatis eſt oia credere, omnia

ſperare, et ut Princeps ſummum ſtu
um ſuum ad illuſtrandam gloriam
minis Dei, & ad conſtituendam pu
licam tranquillitatē teſtaretur: uiſu
eſt ei alteros legatos, primum qui
politicos, mox etiam theologos,
Tridentum amandare.

Suſcipiunt igitur iuſſu Princip
munus legationis et profectionem
Tridentum, uir excellenti nobilita
& uirtute, Dñs Vernherus à Mu
chingen, & inſignis Iureconſultus
minus doctor Hieronymus Gera
dus, die uigeſima octaua Februar
anno milleſimo quingenteſimo ſecu
do: & peruenerunt ad Tridentum (
uina clemētia) ſalui, decima tertia d
menſis Martij prædicti anni. Accep
rant autem mandata ab illuſtriſſim
Principe, ut primo quoque tempore
ponerent Tridenti oratoribus Cæſ
reæ maieſtatis, quid Princeps in fo
mu

mula ſalui conductus deſideraret: & peterent non tam huius rei certiorem explicationem, quàm eorum grauaminum, quæ antea per priores legatos propoſita erant, releuationem. Niſi enim hęc eſſent explicata & expedita, nulla utilis tractatio de doctrina cum theologis inſtitui poſſe uidebatur.

Interea temporis inclyta reſpublica Argentoratenſis mittit duos Theologos ſuos ad Tubingam, ubi tum Illuſtriſſimus Princeps commorabatur, ut ſe cum theologis Principis cõiungant, & una ad Tridentum profectionem ſuſcipiant.

Egreſſi igitur Tubinga ſunt theologi Principis & reipublicæ Argentoratenſis die ſeptima Martij ſupradicti anni: & uenerũt (propitio Deo) ſalui, ad Tridentum, die decimaoctaua eiuſdem menſis & anni.

Cum enim Synodus decreto ſuo re

fecerat publicationem articulorum d
ſacrificio Miſſæ & ſacramento euch
riſtiæ ac alijs de rebus, in diem dec
mamnonam Martij: ut interea temp
ris, Proteſtantes(ſic enim illi loquu
tur)eò ſe conferre poſſent, dederun
Theologi ſummam operam, ut ant
eum diem ad Tridentum uenirent.

Quare & ſi politici Legati nondi
quicquam certi quantacunq; id oper
& ſedulitate ſæpe ac multum petie
rant, de releuatione grauaminum im
petrare hactenus potuerant: tamen n
uel politici Legati, uel Theolog
quicquam remoræ ſuſcepto negocio
inijcerent, & ſignificarent ſe nihil ma
gis cupere, quam ut nulla tergiuerſa
tione ad principalis cauſæ tractatio
nem primo quoq; tempore accedere
tur: exhibuerunt illuſtri domino, do
mino Hugoni comiti à Montfort, C
ſareæ maieſtatis oratori & Legato in
Synodo

Synodo Tridentina dignissimo, nomina theologorum, ipſo aduentus eorum die: ut referret ea ad reliquos collegas ſuos & ad patres Synodicos, & quo erat magno ſtudio ad cauſam religionis iuuandam, daret operam ut legitima tractatio de eo negocio, cuius cauſa theologi ad Tridentum miſſi erant, ſuſciperetur.

NOMINA THEOLOGOrum ducis Virtembergenſis.

Ioannes Brentius.

Iacobus Beurlin, doctor & profeſſor ſacrarum literarum in academia Tubingenſi.

Iacobus Herbrand, doctor theologię & paſtor eccleſiæ Herenbergēſis.

Valentinus Vannius, paſtor eccleſiæ in Cantſtadt.

Theologi Argentoratenſes.

Ioannes Marpachius, doctor theologię & paſtor eccleſię ſancti Nicolai.

Chriſtōphorus Soll, miniſter e-
ccleſiæ apud ſanctum Aurelium.

His peractis ſperauerunt theolo
futurum, ut cū confeſſio illuſtriſſim
Principis ante exhibita eſſet Synodo
in qua Princeps receperat ſe, ſi qui
in ea á patribus deſideraretur, miſſu
rum theologos ſuos, qui id clarius &
copioſius explicarent: ſuſciperetur c
ipſis proximo die, qui erat decimu
nonus Martij, publicæ ſeſſioni à Sy-
nodo definitus, de ea re tractatio: &
oſtenderetur ipſis, quid ſynodici pa-
tres improbandū & reijciendum cen-
ſerent, ſed nec habita eſt eo die ſeſſio
nec theologis quicquam eſt ſignifica-
tum. Erant nonnulli, qui palam affir-
mare non uerebātur, conſilia patrum
aduentu theologorū, quos uenturos
minime ſperauerant, ita turbata eſſe,
ut Seſſionem mutauerint in Congre-
gationem; in qua ne nihil egiſſe uide-
rentur,

rentur, audiuerunt legationem regis Portugalliæ, & reiecerunt ſeſſionem uſq; ad primum diem menſis Maij, ac interea temporis de matrimonio, neſcio quos articulos diſputandos decreuerunt.

Sed cum aliquot diebus poſt, nec diſputationes inſtituerentur, nec theologis quicquam de negocij ſui tractatione ſignificaretur: uiſum eſt Legatis Principis & Reipublicæ Argentoratenſis, ne expectata quidem Grauaminum releuatione, theologis uiam ad conficiendum Legationis ſuę munus aperire. Etſi enim periculoſiſſimum uidebatur ad tractationem principalis cauſæ, propoſitis grauaminib. nondum explicatis accedere: tamen Legati maluerũt aliquod periculum, cui conueniens & ſolennis proteſtatio aliquo modo mederi poſſet, ſubire, quam occaſionem ullam extrahen-

di diutius negocij dare. Exhibueru
igitur oratoribus Cæſareæ maieſta
Theologos, ad ſuſcipiendum neg
um ſuum, tali ſcripto. Libuit en
hunc adſcribere.

ILluſtriſſimi, generoſi & reuere
di domini, cum illuſtriſſimi Pri
cipis noſtri Ducis Virtembergen
nomine, ampliſſimis dominationi
ueſtris, à ſuperioribus Legatis gra
mina quædam, plena æquitatis & r
tioni cõſentanea oblata, atq; à nob
repetita ſint; quibus etiã Reſpubli
Argentoratenſis interea ſe coniunxi
neque tamen tolerabilem eorum re
lutionem à dominatione ueſtra obt
nere hactenus potuerimus: ut tame
nihilominus uideri poſſit, quantope
re ſupradictus Princeps atq; Reſpub
lica ſtudioſi ſint, atque cupidi publi
cæ pacis & concordiæ. Deinde, n
cauſæ tractatio longius extrahatur

theo

theologos noſtros ad ſuſcipiendum negocium, cuius cauſa miſſi ſunt, admittimus & exhibemus ; cum hac tamen ſolenni proteſtatione, quam omni meliori modo ac forma hic facimus: ut hac ipſa admiſſione, & theologorum exhibitione, ea omnia quæ Principi noſtro ac ſupradictę Reipublicæ, & uniuerſæ cauſæ, & memoratis Theologis, & nobis, de iure communi, aut conſuetudine, aut etiam ex decretis Auguſtani conuentus compe tunt, integra nobis & inuiolata, ac in primis reſeruata eſſe uelimus. Actum Tridenti, uigeſimaſecunda die Martij, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo.

Legati Virtẽberg. & Argẽtoratẽſes.

Hoc ſcriptum acceperunt oratores Cæſareæ maieſtatis, beneuolenter ac humaniter, & reſponderunt ſe non ſolum laudare ſtudium Prin

cipis & reipublicæ Argentoraten
in iuuanda publica concordia ac tr
quillitate: ſed etiam recipere ſe
ſtudium, Cæſareę maieſtati magn
ligentia commendaturos; & quicq
id ſit negocij, ad præſides Synodi
deliter relaturos. Inter hæc, cum o
tores Cæſareę maieſtatis de ſuſcip
da & incohanda theologica tractat
ne, cum Legatis Principis colloqu
rentur, poſtularunt tandem oratore
ut legati ipſi Principis exponerent ſ
am ea de re ſententiam. Reſponder
Legati, quod agnoſcant quidem ſe i
peritiores quam qui ipſis uiam tant
rei gerendæ oſtendant: ſed quia ip
hoc poſtulent, non grauentur quo
ipſis uideatur, commemorare. Au
enim ſynodus exponat theologis
quid exiſtimet in confeſſione Princi
pis reprehendendum, & uiciſſim au
diat theologorum defenſionem: au

de

det locum Theologis exponendi Sy-
nodo, quid ipſi deſiderent in decretis
hactenus à Synodo ęditis. Pręter has
duas uias, reſponderunt Legati, ſe nō
aliam commodiorem, qua tantum ne
gocium peragatur, in præſentia exco
gitare poſſe.

Cum autem ne ſic quidem ulla pub
lica tractatio ſuſciperetur, ſed epiſco-
pi pertæſi (opinor) Seſſionum, uiſi-
tarent ſtationes quæ Tridenti in tem-
plis, iuxta ſolennem morem urbis Ro
mæ inſtitutæ erant, ad redimendas in
dulgentias pontificias, quas ſomni-
ant: & monachus quidam prętextu in
terpretandæ epiſtolæ ad Romanos,
piam doctrinam noſtrarum eccleſiarū
publice deprauaret & calumniaretur,
ac alij quoq; ſacrificuli in concionib.
ſuis Italicis aduerſus uere piam doctri
nam uirulenter graſſarentur: arbitra-
ti ſunt Theologi, nec ceſſandum, nec

cunctandum, ſed urgendum, ut tand
ſynodus inſtitutum negocium capeſ
ſeret. Curarunt igitur oratoribus Cæ
ſareæ maieſtatis ſupplicem libellum
reddi, cuius exēplum hic recitare, nō
uidetur à re alienum eſſe.

ILluſtriſſimi ac obſeruandiſſimi do-
mini, Cæſareæ Maieſtatis Orato-
res digniſſimi, cum multi optimi uiri
ueſtram inſignem humanitatem & e-
gregiam in adminiſtrando eccleſiaſti
co negocio, cuius gratia hæc Triden-
tina Synodus congregata eſt, pruden
tiam & æquitatem, magna laude no-
bis prædicauerint, ſperamus fore ut
celſitudo ueſtra non ſolum ea quę his
ſupplicibus literis petimus, boni con-
ſulat, uerumetiā pro ſingulari ſuo er-
ga ueram Eccleſiam filij Dei ſtudio,
noſtrum inſtitutum approbet, ac pro
uirili ſua adiuuet. Poſtquā enim ſpes
nobis facta eſt, ut die decimanona
Martij

Martĳ publica de articulis in religio-
ne noſtra controuerſis tractatio, corã
reuerendiſſimis patribus in Synodo
ſuſciperetur: ac nos mandatis illuſtriſ
ſimi principis noſtri domini Chriſto-
phori Ducis Vuirtembergenſis, &
inclytæ reipublicæ Argentoratenſis
huc ad Tridentum, ad ea quæ in con-
feſſione piæ doctrinæ, antea per Le-
gatos præfati illuſtriſſimi principis
noſtri Synodo exhibita, minus pro-
bata uiderentur, explicanda & confir-
manda, ablegati eſſemus: ſummam
operã dedimus, ut definito die, XIX
Martĳ Tridentum (diuina clemen-
tia) perueniremus.

Sed reipſa comperimus, quod non
ſolum præfato die nihil de controuer
ſis articulis religiõis agi cœptum ſit,
uerumetiam uniuerſum hoc nego-
cium in longum tempus reĳci ui-
deatur.

Et ſi autem fieri poteſt, ut multa &
uaria negocia incidant, quæ fortaſſ
publicis tractationibus aliquid remo
ræ afferũt; tamen poſtquam cum ani
mo noſtro reputamus, hanc ſynodum
idcirco inſtitutam, ut legitima et Chri
ſtiana fiat expoſitio piæ doctrinæ de
religione ac uiris amantibus ueritatẽ,
& ſtudioſis ueræ tranquillitatis eccle-
ſiæ, nihil prius eſſe debere, quam pri
ma quaq; occaſione in hoc ſtudium
incumbere, ut regnum filij Dei pro
moueat, & æternæ ſaluti eccleſiæ con
ſulat, Speramus celſitudinem ueſtrã
nihil curæ ac ſtudij intermiſſurã, quo
ſine omni tergiuerſatione, ea nego-
cia, quorum cauſa huc miſſi ſumus,
tractanda ſuſcipiantur. Neq; enim ul
lum eſt officium aut ſacrum, quod fi-
lius Dei maiori fauore proſequitur,
quam ſi uiri in hoc mundo dignitate
& nobilitate inſignes, omne ſtudium
ſuum

ſuum ad illuſtrandam gloriam Dei, & ad iuuandum ueram eccleſiã eius, his temporibus afflictiſſimam, conferant.

Ac res quoq; ipſa poſtulare uidetur, ut importune fortaſſis, noſtræ autem profeſſioni neceſſario, hanc cauſam urgeamus.

Nam in decretis, quæ hactenus in hac ſynodo ædita ſunt, non fere legimus, niſi dira noſtræ doctrinæ anathemata. Et nõnulli ex nobis audiuerunt his diebus monachum quendam publice in lectionibus ſuis, quas in apoſtolum Paulum profitetur, non ſolum abſurda de ſalute impiarum gentium, aduerſus omnium fere ueterum piorum autorum ſententiam: uerum etiam manifeſtas calumnias aduerſus piam doctrinam noſtrarum eccleſiarum euomentem.

Etſi autem quidam affirmant hũc

monachum non eſſe autoritate Conci‑
lij inſtitutum, tamen uidemus eum nō
mediocri frequentia & aſſenſione au‑
diri. Quod ſi non alia cauſa eſt, cur ad
hunc conuentum profectio nobis ſuſ‑
cipienda fuerit, quam ut ſimus homi‑
nibus ſpectaculo: & non audiamus, ni
ſi conuicia, calumnias & doctrinæ no
ſtrę deprauationem ac damnationem:
potuiſſemus de ijs domi uel per lite‑
ras, uel publicis ſcriptis, certiores
fieri.

Quare illuſtriſſimi & obſeruandiſ
ſimi domini, oramus & obteſtamur
ueſtram celſitudinem obediētiſſime,
ut dignetur propter filium Dei, uni‑
cum ſeruatorem noſtrum: apud reue‑
rendiſſimos patres huius Tridentini
Concilij efficere, quo tandem nobis
ſignificet quid in ea confeſſione, cu‑
ius ſupra mentionem fecimus, deſide‑
rent: ac uiciſſim noſtrum reſponſum

publi‑

publice audiant. Quo beneficio, celſitudo ueſtra non ſolum nos ſibi deuinctiſſimos reddet: uerumetiam præſtabit filio Dei, hoc præſertim tempore, quo maxime omnium præcipuis ſacris opera dari ſolet, cultum gratiſſimum. Poſtremo precamur, ut celſitudo ueſtra hanc petitionem noſtrã clementer interpretetur, & nos commendatos habeat. Actum Tridenti, ultima die Martij, anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo.

Veſtræ celſitudini

Studioſiſſimi & obſeruandiſſimi
Theologi Virtembergẽſes, &
Reipublicæ Argentoratenſis.

Has ſupplices literas theologorũ cum illuſtriſſimus dominus Comes à Monfort accepiſſet, benigne & comiter reſpondit, ſe eas ad reliquos ſuos collegas fideliter relaturũ. Itaq; iterũ expectarũt tam Legati politici, quàm

theologi, aliquot diebus, omninò futurum ſperantes, ut patres concilij ad ſuſcipiendam cauſę tractationem accederent. Sed cum & ad petitionem Legatorum de releuandis grauaminibus, & ad ſupplices literas theologorum reſponſum urgeretur, reijciebatur cauſa moræ nunc in morbum legati pontificij (dicebatur enim febri laborare) nunc in alia impedimenta: Obijciebatur etiam aliquoties legatis, quod cum Synodus tantopere expectaſſet aduentum theologorũ, cur ipſos tantillæ moræ tæderet? Sed quid ſi pontificius Legatus è uita omnino excederet? num ob huius unius mortem, uniuerſa publica cauſa in longũ reijcienda eſſet? An non erant & alij præſides & patres concilij? Nam quod de aduentu theologorum dicebatur, aduenerunt illi ſatis tempeſtiue, definito ſuo die. Et Synodus multa ante

acceperat

acceperat confeſſionem illuſtriſſimi Principis, ut nihil moræ & tergiuerſationis hac in parte eſſe debuiſſet.

Ad extremum, cum oratores Cæſareæ maieſtatis diu multumq; á legatis Principis ad impetrandum certum reſpouſum defatigati eſſent, uocant ad ſe legatos Principis & aliquot é theologis, & exponunt eis quanta cura, ſtudio ac diligentia, retulerint omnia ad Legatum pontificium & preſides Concilij, ſed hactenus non potuiſſe certi quicquam confici: uelle igitur ſe coram ipſis conteſtari, quod quantũ in eis ſit, nullam operam intermiſerint, ut aliqd certi reſponderent. Neque adhuc defutura ſua officia, ſed ſe quoquo modo poſſint curaturos, ut intra paucißimos dies certum reſponſum accipiant. Ecce autem dum expectatur reſponſum, perferuntur ſermones & literæ ad Tridentum, quod in

Germānia commotū ſit periculoſiſſi-
mum bellum, & non ſolum conſcri-
bitur externus miles in comitatu Ty-
rolenſi, ac in ipſa quoq; urbe Triden
to: uerumetiam indigenæ ad ſuſcipi-
endam militiam & tuendos fines eius
regionis, publico mandato excitant.
Diſcedunt igitur è Tridento, non tan
tum Germanici epiſcopi, & Legati
eorū, quotquot hactenus reliqui e-
rāt, ſed etiam aliquot epiſcopi Italici:
Quid ergo facerent legati Principis
& theologi, è Germanis ſoli in tanto
belli tumultu Tridenti relicti? Vide
bant tractationem cauſæ hactenus, dū
res adhuc tranquillæ uidebantur, in
longum extractam: quid ergo fieret
inter arma, præſertim ciuilia? Vide
bant Germaniam patriam ſuam, hor-
ribili bello ardere. Videbant epiſco-
pos Germanicos, quorū maxime om-
nium intererat expoſitioni & defen-
ſioni

ſioni piæ doctrinæ præſto adeſſe, a ſ
ſua, relicto Tridēto, properaſſe: qua-
re deliberant et ipſi de diſceſſu.

Sed ne Tridentum ita deſerant, ut uideantur etiam cauſam, quam ibi tra ctandam ſuſceperant, deſeruiſſe: refe runt conſilium diſceſſus ſui, ad orato res Cæſareæ maieſtatis, qui uidebantur diſceſſum inique ferre: & poſtula bant, ut Legati exponerent, quid facere cogitarent, ſi patres concilij, abſentibus ipſis & theologis eorum, in ſuo inſtituto pergerent.

Cum hęc & id genus alia, inter ora tores Cęſareos & legatos Principis cō ferrentur, uiſum eſt tandem Oratoribus, ut Legati cauſas diſceſſus ſui in ſcriptum referrent. Hoc ſcriptū libuit ad uerbum recenſere.

ILluſtriſſimi & obſeruandiſſimi DOMINI, Cæſareæ maieſtatis oratores ampliſſimi, cum nos

grauiſſimæ cauſæ urgeant, ut inea-
mus rationem qua nos his difficilli-
mis temporibus, & omnium prope-
modum rerū perturbationibus, hinc
à Tridento domum conferamus: peti-
mus obedienter, ut amplitudo ueſtra
expoſitionem noſtri inſtituti clemēt
accipiat. Et ſi enim patet nobis per
publicum ſaluum conductum huius
Concilij, liber receptus ad noſtra, nul
la etiam reddita ratione: tamen nolui-
mus committere, ut cum ueſtra Am-
plitudo hactenus ſumma beneuolen-
tia nos complexa eſt, & ſtudium ſuum
in tractando noſtro negocio multis ar
gumentis declarauit, noſtram obſer-
uantiam erga ueſtram amplitudinem
non teſtificaremur. Non eſt igitur ue
ſtræ amplitudini obſcurum, quod an
te tres fere menſes priores Legati illu
ſtriſſimi Principis noſtri, domini
Chriſtophori Ducis Virtembergen-
ſis,

ſis, Domini noſtri clementiſſimi;
exhibuerint congregationi huius Tri
dẽtini Concilij, nomine præfati Prin
cipis noſtri, confeſſionem piæ doctri
næ: in qua confeſſione commemora-
uit idem Princeps noſter clementiſſi-
mus, quid uideatur clementiæ eius in
eccleſiaſtica doctrina & gubernatio-
ne, iuxta tenorem receſſus comitiorũ
Auguſtanorum emendandum & con
ſtituendum: ac receperit ſe, ſi quid Sy
nodus in ea deſiderauerit, & clemen-
tiam eius quibuſdã Germanibus, quę
& una cum confeſſione ſcripto exhibi
ta fuerunt, exonerauerit, miſſurũ huc
theologos ſuos, qui quod deſideret,
explicent, & autoritate ſacræ Scrip-
turæ tueantur. Sperauimus igitur fo-
re, ut prędicta confeſſio coram reue-
rendiſſimis patribus Cõcilij prelecta
fuiſſet: & quæ uiſa eſſent reijcienda,
theologis illuſtriſſimi Principis no-

ſtri, qui ante definitum diem publicę audientiæ huc ad Tridentũ uenerũt, defendenda propoſita eſſent. Sed tractatio huius negocij tantiſper extracta eſt, ut amplitud. ueſt. ipſa uiſa eſt dilationem parum æquo animo ferre. Expoſuit enim nobis ſuperiorib. diebus ueſtra amplitudo, & coram nobis conteſtatum eſſe uoluit, quantum ſtudium, quantam operam & diligentiam, ad hanc noſtram cauſam promouendam, primum quidem apud Legatum pontificium, deinde etiam apud reliquos præſides Concilij cõtulerit. Pro quo officio, agimus ueſt. ampl. ingentes gratias: nec dubitamus quin ueſtra amplitudo pſtiterit dño deo noſtro hac in re cultum acceptiſſimũ. Deinde nec hoc Amplitudini ueſtræ obſcurũ eſt, quãta cura, qua etiã ſeu opportunitate ſeu importunitate, hactenus aliq̊t hebdomadis apud V. A. inſtiterimus

ſtiterimus ac urſerimus : ut tandē ad
propoſita grauamina (quibus Reſpu
blica Argentoratenſis & ſimul uniuer
ſæ religionis cauſæ, ſecundum exhibi
tam confeſſionem ſe coniūxit) nobis
& noſtris theologis, in ijs articulis,
qui in confeſſione propoſiti fuerunt,
reſponderetur. Quam rem tanta inſtā
tia egimus, ut ſæpe nos puduerit ue-
ſtræ amplitudini, & præſertim illu-
ſtri domino, domino Hugoni comiti
à Montfort, domino noſtro clementi,
toties moleſtiam exhibere. Interea au-
tē temporis, cum et reſponſum ad prę
dictā confeſſionem & reſolutionem
grauaminum, una cum confeſſione ex
hibiturum expectamus, exorti ſunt in
Germania grauiſſimi motus bellorū,
& contulerunt ſe domum ex Triden-
to nō ſolum Principes electores, quo
rum præſentia prȩcipue opus erat in

tractatione de controuerſis articulis religionis: uerumetiam reliqui epiſcopi Germanici, & abſentium Legati ac ſuffraganei: nec hi tantum, ſed & Italici ſuis rebus conſulentes, alio ſe cōferunt. Et ſi autē uel illuſtriſſimi Principi noſtro uel reipublicæ Argentoratenſi, uel nobis Legatis præfati Principis noſtri, nihil gratius, nihilq; acceptius eſſet, quæ ut ea eſſent tempora, per quæ liceret iuſtam & legitimā actionem, de controuerſis articulis in religione noſtra inſtituere, tamen tanta eſt rerum omnium perturbatio, ut non uideatur poſſe hoc tempore aliquid Eccleſiæ utile ac frugiferum in negocio religionis tractari. Et fortaſſis non admodum conſultum erit, ut abſentibus Germanis epiſcopis, hæc cauſa tractanda ſuſcipiatur. Et tamen ſperamus fore, ut ſi poſtero tempore iuſta & legitima actio de religione inſtituatur,

ſtituatur, illuſtriſſimus Princeps noſter & Reſpublica Argentoratenſis nequaquam ſint defuturi ſuo officio: ſed Theologos ſuos, prima quaq; occaſione ad conficienda ea, quæ præ difficultate horum temporũ nunc non poſſunt confici, remiſſuri. Quod uero amplitudo ueſtra certior per nos fieri uoluit, quid cogitemus facere, ſi reuerendiſſimi patres in cœpto negocio, nobis abſentibus progrediantur. Et ſi non eſt nobis dubium, quin omnes actiones Synodicæ in tantis bellorum motibus reijciantur in tempus opportunius & tranquillius: tamen ſi reuerendiſſimis patribus interea temporis uiſum fuerit in cœpto negocio progredi, non detrectamus ueſtr. amplitud. ea quæ à nobis theologis cognouimus, ingenue exponere. Audiuimus enim ea de re ſententiam noſtrorum Theologorum, qui reſponderunt no

bis, ſe ſi iuſta & legitima actio inſtituatur, multa habere quæ reprehendant in ijs decretis, quæ hactenus, & in priori, & in iſto præſenti Concilio ædita ſunt: ac metuere, ne ſi reuerendiſſimi patres pergant, haud diſſimilia prioribus decernantur. Attamen ſiquid iuxta normam Sacræ ſcripturę uel in prioribus emendetur, uel poſt hac conſtituatur, non dubium eſſe, quin uniuerſa eccleſia Chriſti ſumma obedientia eam emendationem & cõſtitutionem ſit acceptura. Et Theologi noſtri recipiũt ſe in tali caſu, omne ſtudium ſuum collocaturos, ut huius ſynodi autoritas, ꝙ in ipſis eſt, publice & priuatim commendetur: ſicut & confeſſio illuſtriſſimi Principis noſtri, cui reſpublica Argentoratenſis ſe interea coniunxit, in capitulis de eccleſia, de conciliis, & de ſummo pontifice haud obſcure ſignificat: quam ſen

tentiam

tentiam theologi piam, catholicam & orthodoxam iudicant, & autoritate Scripturæ propheticæ & apoſtolicæ, diuina clementia adiuti, tuebuntur. Precamur igitur ueſtram amplitudinem, ut abitum noſtrum, quem ex cõmemoratis grauiſſimis cauſis, propoſuimus, fauore ſuo clementer proſequantur, & illuſtriſſimum Principem ac nos commendatos habeat. Actum Tridenti, ſeptima Aprilis, anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo.

Veſt. amplit. & dignit. obſeruandiſſimi

Legati Virtembergenſes.

HOC ſcripto oratoribus Cæſareis tradito, alia quidem Oratores æquo animo acceperunt: ſed quod addita eſt theologorum ſententia de decretis & proceſſu Cõcilij, uiſũ eſt oratorib. paulo durius eſſe, quam ut ad patres

Concilij referant. Non enim hoc ante poſtulatum eſſe publico nomine, ſed caſu magis quam conſilio, mentionem eius rei in ſuperiori colloquio factam, Quare Legati, omiſſa ea appendice, reliquum ſcriptum (ſicut iam eſt recitatum, Oratoribus Cęſareis obtulerunt, & dimiſſi ſunt bona eorum gratia. Reuerſi igitur ſunt (diuina clementia) ſalui & incolumes, ad Tubingam decimoſeptimo die menſis: quo die, publica in uniuerſa Eccleſia commemoratio iucundiſſimæ illius à morte Reſurrectionis, qua filius dei dominus noſter Ieſus Chriſtus, nõ ſolum ipſe uictoriam à morte reportauit, & in gloriam cęleſtis ſui patris intrauit, uerumetiam eccleſiam ſuam à uinculis mortis liberauit, & ad fruenda per ipſum cœleſtia ac æterna bona, perduxit.

HAnc

HAnc hiſtoriam earũm rerũ quæ nomine illuſtriſſimi Principis D. Chriſtophori ducis Virtember-genſis & inclytę reipublicę Argento-ratenſis, per legatos & theologos eo-rum in Tridentina ſynodo geſtę ſunt, ut uere, ita breuiter percurrere uolui: partim ut publicũ extaret teſtimoniũ ſingularis uoluntatis ac ſtudiĳ prin-cipis Virtembergenſis & reipublicæ Argentoratenſis, tam erga ueram Ec-cleſiam filĳ Dei, quam erga Romanã Cæſaream maieſtatem: partim ut om-nes intelligerent quo conſilio theolo gi ad Tridentũ amandati eſſent. Alĳ enim fortaſſis calumniabuntur (nam quid à ſycophantarum morſibus tutũ eſſe poteſt?) theologos ad Tridentũ profectos, ut aut abnegata aut diſſi-mulata ueritate piæ doctrinæ, ſe cum pontificia idololatria cõiungerent, & impia dogmata Tridentinæ ſynodi

approbarent:Sed prohibeat dominus Deus noſter, ut quam doctrinam, autore Spiritu ſancto uerisſimam ac certisſimam cognouerint, iam nefarie & ſcelerate deſererent. Ac teſtantur acta ipſa, quod Tridentū adierint, ut confesſionem piæ doctrinæ, quæ antea ſynodo exhibita fuerat, pro uirili ſua tuerentur: hoc eſt, ueritatem Euangelij, coram praua & adultera natione confiterentur, ac officio ſuo tam uniuerſæ eccleſiæ CHRISTI, quam optimo principi ſuo & Reipub. Argentinenſi probarent. Alij fortasſis reprehenſione dignum exiſtimabūt, quod Theologi tantæ fuerint peruicaciæ, ut nullam unquam uel publice uel priuatim ſignificationem dederint, ſe aliqua conceſſione ac remisſione, tranquillitatē eccleſiæ adiuturos. Hi ſunt magna ex parte prudentes, ac potentes huius ſeculi, qui putant doctrinā Euāgelij

gelij Dei magis ad morem, quam ad rem pertinere: ac nihil referre, etiã ſi de religione fallamur, modo ea ſectemur, quæ tuta uidentur, & publicam tranquillitatem conſeruent At enim, nihil quidẽ nobis optatius eſſet, quã ut quocunq; officio, quacunque opera noſtra liceret, publicam tranquillitatem iuuare poſſemus: ſed ſi ea non aliter conſeruari poteſt, quam ſeu impia abnegatione, ſeu pernicioſa diſſimulatione cœleſtis doctrinæ, ualeat hic mundus cum ſua pace & tranquillitate.

Nos enim cœleſtem doctrinam Euangelij Domini noſtri Ieſu Chriſti, non eo loco ducimus, quod pertineat ad genus ἀδιαφόρων, quę licet pro rerum conditione & uarietate inſtituere, abolere, mutare, figere, & refigere, ſed quod pertineat ad res maxime neceſſarias: quippe

quod non neceſſe habeamus munda-
na pace frui, & corporalem in hoc ſe-
culo uitã ducere, neceſſe autem habe-
amus cœleſti doctrinæ fidem adhibe
re: & quod corde credimus, ore con-
fiteri, atque gloriam nominis Dei ſi-
ue uita ſiue morte illuſtrare.

Hoc uocent ſane prudentes huius
mundi, uel peruicatiã uel obſtinatio-
nem. Nos certe ſcimus eſſe officium,
quod & filio Dei & eccleſiæ eius
debemus. Et precamur Deum,
patrem Domini noſtri IE
SV Chriſti, ut perpe-
tuo nos in huius of
ficij obedientia
conſeruet.

EXEM-

EXEMPLA MANDA-
torum, & Saluorum (ut uo-
cant)conductuum, quo-
rum ſit mẽtio in hoc
Syntagmate.

Mandatum Principis,
Legatis datum.

Diuina gratia nos Chriſtophorus dux Virtembergę & Deckę, Comes Montis Pelligardi, &c. Literis hiſce præſentibus fatemur, ac notum facimus omnibus, cũ per Romanam Cæſaream maieſtatem dominum noſtrum clementiſſimum, una cum Electoribus principibus, ac cęteris communibus Statibus ſacri Romani Imperij, pluribus iam habitis comitijs, diligenter ac grauiter id actum, deliberatum, ac conſultatũ ſit, qua nam uia & ratione exiſtentes in Germania religionis diſcordiæ & diſſidia tandem

componi, & in debitam Chriſtianam concordiam redigi poſſent. Nullam autē ex omnibus, ad hoc magis cōmodam, idoneam, aut ſalutarem uiam ac remedium potuiſſe inueniri & conſtitui, quam ut generale aliquod, liberū, œcumenicum & Chriſtianū conciliū haberetur, in quo & ſupradicta religionis diſſidia tollerentur, & cōmunis quædam tam religioſorū quam ſeculariū reformatio Chriſtiana, una cū alijs rebus uniuerſæ Chriſtianitati ſalutaribus, & ad conſeruandā reipublicę Chriſtianæ tranquillitatem maxime utilibus et neceſſarijs conſtitueretur. Quo etiā concilio uniuerſis & ſingulis Principibus & Statibus ſacri Romani Imperij integrum liberumq; foret quæcunq; ſua incommoda & grauamina in cōmunem deliberationē & tractationem adducere. Qua de cauſa ad pergendū & perficiendum illa

omnia;

omnia, præſens hoc conciliũ Tridẽti
indictum & conſtitutum eſſe dicitur.
Quod ut accederetur & frequentaretur,
Cæſarea maieſtas non modo per edi-
ctũ publicũ Electores cæteroſq; Prin
cipes ac Status omnes ſacri Romani
Imperij moneri & uocari curauit cle-
mentiſſime, uerumetiã ad Conciliũ
uenientibus perſonis per ſcriptum ſal
uũ conductũ, quo libere & abſq; om-
ni periculo & incõmodo ad conciliũ
cõmeare, in eo uerſari, & ab eo rece-
dere, ac in locum tutum redire poſſẽt,
impartiri fecit. Et ſi aũt humiliter pro
eo ut debemus, maximis hiſce & ne-
ceſſarijs rebus ipſi quoq; præſentes a-
deſſe deſideremus: plurimis tamen &
grauiſſimis occupationibus & diffi-
cultatibus, quibus in præſentiarum
pmimur, fit, ut pſonaliter ipſi uenire
plane non poſſimus. Quamobrem
ut debitam noſtram obedienti-

am, ac promptiſſimam uoluntatem, quam erga communem Chriſtianitatis ſalutem, auidiſſime affecti ſumus, nihilominus declaremus. Nobilem & equeſtris ordinis Ioannem Theodoricũ à Pliennigen ac Ioannẽ Henricum Hocklin, &c. iuris utriuſque doctorem, Conſiliarios & Legatos noſtros, noſtro nomine ablegauimus, inſtructos pleno mandato: id quod ipſis uigore harum literarum omni meliori modo & forma, q̃ de iure ſeu conſuetudine fieri poſſit aut debeat, damus & datum eſſe uolumus: hac ratione, ut coniunctim aut ſeparatim noſtro nomine (niſi & in quantum de iure tenemur, & ſaluis exceptionib. quibuſcũque) una cum alijs Electoribus, Principibus ac Statibus ſacri Romani Imperij, & abſentium nuncijs & Legatis Concilium illud accedant, in eo compareant, deliberent, atq; concludent,

dent, quatenus indictum hoc Conci-
lium (prout multis iam habitis Impe
rij Comitijs decretum eſt) libere, le-
gitime & Chriſtiane celebretur: om-
nes incidentes cauſæ, quam utiliſſime
deliberentur & perpendantur: diſſi-
dia religionis, ad Chriſtianam con-
cordiam redigantur: Chriſtianæ re-
formationes tam ſpiritualium quam
ſecularium, inſtituantur: publica &
priuata incidentia grauamina, depo-
nantur: Chriſtianæ Reipublicæ tran-
quillitas, modis omnib. promoueatᷣ
& cōſeruetᷣ: Deniq́ alia oīa faciāt &
omittāt, q̃ nos ipſi facere ac omittere
poſſemus & deberemus: idq́ ſecun-
dum inſtructionem, quā à nobis præ
ſcriptam habent. Quodcunq́ autem
conſiliarij & Legati noſtri ſupradi-
cti, noſtro nomine ſic agere aut perfi
cere iuuerint: id firmum ratumq́ ha-
bebimus, & pro eo ut obedientem ae

ex animo Chriſtianum Imperij Prin-
cipem facere par eſt, re ipſa exeque-
mur, ſecundum bonam fidem, omni
fraude excluſa. In quorum omnium
fidem, & robur, literas haſce manu
propria ſubſcripſimus, ac ſigillo no-
ſtro appenſo communiuimus.

Actum in oppido noſtro Tubin-
ga, XX. die menſis Septemb.
Anno Domini & Ser-
uatoris noſtri IESV
Chriſti,
M. D. LI.

Keiſerlich

Keyſerlich gleydt auff Das Concilium zů Triendt.

WJr Karl d̾ fünfft/von Gottes gnaden rǒmiſcher Keyſer/ zů allen zeittē mehrer deß reichs/ in Germanien/zů Hiſpanien/beyd̾ Sicilien/Hieruſalem/hungern/dalmatien/croatien/2c. kǒnig Ertzhertzog zů Oeſterreich/ Hertzog zu Burgund/Graff zů Habſpurg/ Flandn̄ vnnd tiroll/2c. Embietten allen vnd yden/vnſern vnd deß heyligen reichs weltlichen churfurſten/ fürſten/ ſtenden/vnderthanen/ vnd getreüwen/ in waß würden/ſtandts/oder weſēs die ſein/ſo in vnſer heyligen religion/ entweder bey der allten allgemeynenn chriſtlichen kirchen/ ordnungen vnd ſatzungen/bißher gebliben/oder aber inn der ſelben enderung vnnd neüwerung fürgenomē vnnd angeſtelt habenn/ vnnſer gnad vnd alles gůts.

Hochgebornen liebē Oheimē/ Chur-
fürſten/ vnd Fürſten / Wolgeborn/
Edel/ Ehrſam liebē getreüwen/ wir
werden Gläublich Bericht/ daß die
Bäbſtlich heyligkeyt/ derſelben gne-
digem vetterlichē erbietten nach / ſo
ſie vns auff jünſtgehaltnem Reichß-
tag allhie durch ſchrifften vnnd bot-
ſchafftē thůn laſſen/zu dem allgemey-
nen Concilio/ ſo auff den erſtē tag deß
monats Mey ſchierſtkünfftig / gen
trient angeſetzt/jrer heyligkyt legaten
vnd botſchafftē/dem concilio in jhrer
heylikeyt namen beyzewonē/ verord-
net vnd abgeuertigt haben ſolle/ allſo
das dieſelben Legaten vnd botſchaff-
ten / auff den angeſetztē tag zu triendt
erſchienen/ vnd in der handlung für-
ſchreitten werden. Dieweil wir nun
in gar keinen zweiffel ſtellen/ daß alle
vnd yede / vnſere vnd deß heyligen
Reichs geyſtliche churfürſten/ Für-
ſten/ prelaten / vnd andere/ ſo zu ge-
dachtem allgemeynen concilio erfor-
dert / oder ſonſt von recht vñ alter lob

licher

licher gewonheyt wegē/zů einē chriſt‑
lichen allgemeynen concilio gehörig
ſeindt/ auff angeſetzte zeyt zů triendt
gewißlich vnd gehorſamlich erſchein
en / vnd der hanlung deß concilij bey
wonen werden. vnnd wir vns dann
auff vnſern jüngſten allhie gehaltnen
reichßtag / gegen ewern liebden vnnd
andern churfürſten/ Fürſtē vñ Sten‑
den deß heiligen reichs gnedigiich er
betten/ vnd deß endtlichē vorhabends
noch ſeindt/ an vnſern fleiß nichts er
windē zelaſſē/ auff das/ inhalt vnd ver
mögen vnſers vorigen allhie yegen re
ichs abſcheyds des acht vñ viertzigſtē
jars in ſolchem concilio gehandlet/ die
Stende/ bey denen in der religion ne
werung fürgenomen / oder die d Aug
ſpurgiſchē confeſſion anhengig gewe
ſen / vnd der ſelben geſandtē in ſolchē
concilio erſcheinen mögen / vnd darzu
darin/ vnd daruon/ biß wider an jr ge
warſam / geſichert vnnd vergleytet/
auch notturfftiglich gehört / vnnd die
gantz tractation vnd beſchluß gottſe

liglich vnd chriſtlich gehandlet vñ be ſchloſſen werde / auch dar auff die ob gemelten churfürſten / fürſten vnnd Stende deß heyligen reichs / auch die ihenigen / bey denen ſich newerung in der religion erhalten / gnediglich er ſůcht / ermant vnnd erinnert / daß ſie ſich auff ſölch fürgenom̄en concili ge ſchickt machen / vnnd gefaßt erſchein en ſollē. Darmit ſie ſich künfftiglich nit zůbeklagen / oder für zůwendenn / als ob ſie in dem übereilt / vnnd jr not wendigkeyt für zůbringen nit zůgelaſ ſen were. Alles nach vermögen obbe rürter beder vnſerer allhieyegē reichs abſcheyds. So habend wir doch auß erheyſchung vnſers keyſerlichen auff erlegten ampts / vnd churfürſtlichem eyfer / dann wir zů befürderung diſes gottſeligen fürgenomenen wercks bil lich tragen. Darmit daſſelb / fürnem lich Gott dem Almechtigē zů lob vnd ehr / der chriſtenheyt zů befridung vñ eynigung einßmals in das werck ge bracht chriſtlich vnd loblich volzogen

werde /

werde/ nit vnderlaſſen wöllen / ewer
lieb/ vnnd eüch die anndern/ deſſelben
vätterlich vnd gnediglich zů berichtē
vnd zůerinnern / erſůchen vnd erman
en/demnach Ewer liebden/ vnd eüch
alle/ vnd einem ydē in ſonderheit wie
obſtet/ in was würden/ ſtandts oder
weſens die ſeyen/ vnd ſonderlich eüch
bey denen ſich die newerung in der re
ligion erhalten/hiemit abermals/mit
ſondern fleiß vnd ernſt / wo ymants
auß eüch etwas hette/zů růw vnd ſich
erheyt ſeiner conſcientz vnd gwiſſens/
ob vmb deßwillē daß jhm ſonſt mer-
cklichen daran gelegen/ vnnd zů dißer
handlung gehört / für gůt vnnd not
wendig achtet / für zebringen / daß er
ſölchs frey/ſicher/on alle ſchew/forcht
oder verhinderung thůn/ auff dem ge
dachtē Concilio ſelbs oder durch ſeine
geſandten erſcheinen / vnd die ſelbigē
ſeine beſchwärden vnd anligen / ſei-
ner notturfft nach fürtragen vnd an-
zeygen welle/ möge/ vnd ſolle . Dar
zů wir dā auch vnſern hienorigē erbie
tē nach/auß Römiſcher Keyſerlicher

mächt vnd gewalt/ eüwern geliebden vnd eüch allē vnd yeden/ die enderung haben in der religion fürgenom̄en oder nit/ ſo alſo das conciliū beſůchen wöl len/ vnſer vnd deß reichs frey geſtrack ſicherheit vnd gleydt hiemit gegeben vnd zugeſchriben haben wollen/ alſo das ein jeder frey vnuerhindert zu dē angeregten concilio kommen/ darauff erſcheinnen/ daß jhenig ſo er zu růw vnd ſicherheit ſeiner conſcientz vnd ge wiſſens/ wie obſtat/ für gut vnd not wendig acht/ fürbringen. vnd wider umb von dannen in ſein gewarſam frey/ ſicher abziehen vnd kommen mö ge/ von allermeniglich vnuerhindert. Sölchs alles haben wir eüwern lieb den vnnd eüch hiemit gnediger mey nung anzezeygen/ vnd euch deſſen zů erinnern nit vmbgehn wöllen/ eüch darnach haben zerichten. Gebenn in vnſer vnd deß reichs ſtatt Augſpurg/ am drey vnnd zwentzigſten tag deß Monats Martij/ nach chriſti vn-

ſers

ſers lieben Herren geburt/fünffzehen hundert vnd im ein Vnd fünff zigſtē/vnſers Keyſerthūbs im ein vnnd dreiſſigſten/ Vnd vnſerer reiche im ſechs vñ dreiſ ſigſten jaren.

EXEMPLVM SALVI CON-
ductus á Cæſarea Maie-
ſtate dati.

NOS Carolus, eius nominis quintus, diuina clementia Romanorum Imperator, ſemper auguſtus, &c. Omnibus & ſingulis noſtris, & ſacri Romani Imperij ſecularibus Electoribus, Principibus, ſtatibus, ſubditis & fidelibus, cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus aut conditionis fuerint, qui in ſacra noſtra religione, uel ueteris catholicæ Chriſtiana eccleſiæ, ordinationes & ſtatuta hactenus ſeruauerũt, uel in ea mutationem & innouationẽ inſtituerunt & ſuſceperunt, noſtram clementiam, & omnem beneuolentiã.

Illuſtres cognati, Generoſi, Nobiles, Honeſti, dilecti fideles, Relatum eſt ad nos, certis argumentis, quod Pontificia ſanctitas, iuxta clementem & paternam ſuã pollicitationem, quã nobis

nobis per literas & Legatos in proxi mis Comitijs hic celebratis ſignifica- uit, Legatos & Nuncios ſuæ ſanctita tis ad generale Concilium, quod pri- mo die menſis Maij proxime uenturi inſtituendum, ad Tridentum indictũ eſt, ordinauerit & amandauerit, qui nomine ſanctitatis ſuę in eo Concilio interſint: uidelicet ut hi Legati & nũ cij, indicta die Tridenti compareant, & inſtitutum negocium continuent. Quum autẽ nequaquam dubitemus, quod omnes & ſinguli noſtri, & ſacri Romani Imperij Spirituales, Electo- res, Principes, Prælati, & alij, qui ad præfatum Concilium uocati ſunt, uel alias de iure & ueteri laudabili cõſue- tudine, ad Chriſtianum generale Cõ- cilium pertinent, indicto tempore ad Tridentum certo & obedienter ſint uenturi, & tractando ne- gocio Concilij interfuturi.

Et nos in noſtris proximis Comitijs hic celebratis, ueſtræ dilectioni & reliquis Electoribus, Principibus, & ſtatibus ſacri Romani Imperij clementer recepimus: quod propoſitum etiã adhuc retinemus: nos quoad eius per nos fieri poteſt, nullam diligentiam intermiſſuros, ut negociũ in tali Concilio, iuxta ſententiam & tenorem receſſus noſtri proximi Imperialis conuẽtus anno quadrageſimooctauo hic celebrati tractetur: & ſtatus qui in religione innouationem inſtituerunt, uel Auguſtanæ confeſſioni adiuncti fuerunt, ac Legati eorum, in præfato Concilio comparere, & ut ad illud accedere, in eo commorari, & iterum ab eo in tutum ſuum locum ſeſe recipere poſſint; ſaluo conductu muniantur. Sufficienter quoq; ſecundũ quod neceſſitas eorum exegerit, audiantur: adeoq; tota tractatio & concluſio pie

dentibus in ea eiſdem ſanctę ſedis apo
ſtolicę Legatis et nuncijs, inhærendo
Saluo conductui in penultima ſeſſio-
ne data, & illum iuxta tenorem infra
ſcriptum ampliando: uniuerſis fidem
facit, quod omnibus et ſingulis ſacer-
dotibus, electoribus, principibus, du
cibus, marchionibus, comitibus, ba-
ronibus, nobilibus, militaribus, po-
pularibus, & alijs quibuſcunq; uiris
cuiuſcunq; ſtatus, cōditionis, aut qua-
litatis exiſtāt Germanicę prouincię et
natiōis, ciuitatib. et alijs locis, eiſdē et
oībus alijs eccleſiaſticis et ſecularibus,
præſertim Auguſtanæ confeſſionis
perſonis, qui aut quę una cum ipſis ad
hoc generale Tridentinum concilium
uenerint, aut mittantur ac profecturi
ſunt, aut hucuſq; uenerunt, quocunq;
nomine cenſeantur, aut ualeant nun-
cupari: tenore præſentium publicam
fidem et pleniſſimam ueriſſimamq;

ſecuritatem (quam ſaluum conductũ appellant)libere ad hanc ciuitatẽ Tridentinam ueniendi, ibidemq; manendi, ſtandi, morandi , proponẽdi, loquendi, una cum ipſa ſynodo de quibuſcũq; negocijs tractandi, examinandi, diſcutiendi, et omnia quęcunq; ipſis libuerint ac articulos quoslibet tã ſcripto q̃ uerbo libere offerendi, propalandi, eosq; ſcripturis ſacris, et beatorum patrum uerbis, ſententijs et rationib. declarandi, aſtruendi et perſuadendi: et ſi opus fuerit, etiã ad obiecta concilij generalis reſpondendi , et cum ijs qui à concilio electi fuerint diſputandi, aut charitatiue abſq; omni impedimento cõferendi, opprobrijs, conuicijs ac contumelijs penitus ſemotis. Et ſignanter , q, cauſæ controuerſæ ſecundũ ſacram ſcripturam, et apoſtolorũ traditiones , probata concilia et catholicæ eccleſiæ cõſenſum, et ſan

ctorum

ctorum patrum autoritates, in prædi-
cto cōcilio Tridentino tractētur. Illo
etiam addito, ut religionis prętextu,
aut delictorum circa eam commiſſorꝫ
aut cōmittendorum minime punian-
tur, impartitur ac omnino cōcedit: ſic
etiam, ut propter illorum pręſentiam,
nec in itinere aut quocūqꝫ locorꝫ eun-
do manēdo aut redeūdo, nec in ipſa ci-
uitate Tridētina à diuinis officijs quo
uis modo ceſſet: uidelicet ut his pera-
ctis uel non peractis, quomodocūqꝫ
ipſis libuerit, aut maiorum ſuorꝫ mā-
dato et aſſenſu ad propria reuerti op-
tabunt, aut aliquis eorꝫ optabit, mox
abſqꝫ ulla renitentia & occaſione aut
mora, ſaluis rebus eorū, et ſuorum pa
riť honore & perſonis, uiceuerſa poſ-
ſint iuxta beneplacitū libere & ſecure
redire: de ſcientia tamen ab eadem ſy
nodo deputandorum, ut tunc oppor-
tune eorum ſecuritati abſque dolo et

fraude prouideatur: Vult etiam ſan-
cta Synodus in hac publica fide ſaluo
que conductu, omnes qualſcunque clau
ſulas includi & contineri, ac pro inclu
ſis haberi, quæ pro plena efficaci et
ſufficienti ſecuritate in eundo,
ſtando, ac redeundo neceſſarie et op-
portune fuerunt, illud etiam ad maio-
rem ſecuritatem, et pacis ac recõcilia-
tionis bonũ exprimens: quod ſi quiſ-
piam, aut illorum aliqui ſiue in itinere
Tridentũ ueniendo, ſiue ibidem mo-
rando aut redeundo, aliquid enorme
(quod abſit) egerint aut cõmiſerint,
quo poſſet huius fidei publicæ et aſſe
curationis beneficium eis conceſſum
annullari aut caſſari: uult et concedit
ut in huiuſmodi facinore deprehenſi,
ab ipſis duntaxat, et non ab aliis con-
digna animaduerſione cum emenda
ſufficienti, per partem ipſius ſynodi
merito approbanda et laudanda mox
punian-

puniantur, illorum aſſecurationis for
ma, conditionibus et modis omnino
manentibus illibatis. Pariformiter e-
tiam uult, ut ſi quiſquã uel aliquis ex
ipſa ſynodo, ſiue in itinere aut manen
do aut redeũdo, aliq̃d enorme (quod
abſit) egerint, aut cõmiſerint, q̊ poſ-
ſet huius fidei publicæ et aſſecurati-
onis beneficium uiolari, aut quoquo
modo tolli: in huiuſmodi facinore de
prehenſi ab ipſa ſynodo duntaxat, et
nõ ab aliȷs condigna animaduerſione
et emenda ſufficienti, per partem do-
minorum Germanorum Auguſtanæ
confeſſionis, tunc hic pręſentium me-
rito laudanda et approbãda, mox pu-
niantur: præſentis aſſecurationis for-
ma, cõditionib. et modis omnino ma-
nentib. illibatis. Vult præterea ipſa
ſynodus, quod liceat ipſis ambaſiato-
ribus omnibus et ſingulis, toties quo
tieſcunque opportunũ fuerit, ſeu ne-

ceſſariū ad auram capiendā exire ex ciuitate Tridentina, et reuerti ad eandem, necnon nuncium uel nuncios ſuos ad quæcunq; loca pro ſuis neceſſarijs negocijs ordinandis, libere mittere ſeu deſtinare: ac ipſos miſſos ſeu deſtinatos, ſeu miſſum ſeu deſtinatū toties ſuſcipere, quoties uidebit̃ eis expedire: ita ꝙ aliqui uel aliquis per depudādos cōcilij ſocientur, qui eoꝝ ſecuritati prouideant uel prouideat: qui quidē ſalui conductus et aſſecuritates ſtare et durare debēt, et à tempore et per tempus quo in ipſius ſynodi et ſuoꝝ tuitionis curam ipſos ſuſcipi contigerit, et uſq; ad Tridentum perduci ac toto tempore manſionis eoꝝ ibidem: et rurſum poſt ſufficientē audientiam habitam ſpacio uiginti dieꝝ præmiſſo, cū ipſi petierint, aut concilium habita huiuſmodi audientia, ipſis receſſū indixerit à Tridēto uſq;

in

in eum quem quiſcꝫ elegerit ſibi locū tutum (Deo fauente) reſtituet, dolo et fraude prorſus excluſis. Quæ quidem omnia pro uniuerſis et ſingulis Chriſti fidelibus, pro omnib. principibus tam eccleſiaſticis ꝙ ſecularibus quibuſcunque, atque omnibus alijs eccleſiaſticis et ſecularib. perſonis, cuiuſcuncꝫ ſtatus et conditionis exiſtāt, aut quocunque nomine cenſeantur, inuiolabiliter obſeruanda eſſe promittit, et bona fide ſpondet. Inſuper omni dolo et fraude excluſis, uera et bona fide promittit ipſam ſynodum nullam, nec manifeſte nec occulte occaſionem quæſituram, aut aliqua autoritate, potentia, iure uel ſtatuto, priuilegio legum, uel canonum, aut quorūcunque conciliorum, præſertim Conſtantienſis et Senenſis, quacūque forma uerborum expreſſa in aliquod huius fidei publicæ, et pleniſſimæ aſſe-

curationis, ac publicæ & liberæ audi-
entiæ ipſis, per ipſam ſynodum con-
ceſſæ, præiudiciū quouis modo uſu-
ram, aut quenquam uti permiſſuram;
quibus in hac parte pro hac uice dero
gat. Quod ſi ſancta ſynodus, aut ali-
quis ex ea uel ſuis cuiuſcunque condi-
tionis uel ſtatus, aut præeminentię ex
iſtens, præſcriptæ aſſecurationis et ſal
ui conductus formam & modū in quo
cunque pūcto uel clauſula uiolauerit
(quod tamen auertere dignetur omni
potens) & ſufficiens emenda non fu-
erit mox ſubſecuta, et ipſorꝫ arbitrio
merito approbanda et laudanda: ha-
beant ipſam ſynodum, et habere po-
terunt incidiſſe in omneis pœnas,
quas iure diuino et humano, aut con-
ſuetudine huiuſmodi ſaluorum cōdu
ctuum uiolatores incurrere poſſunt,
abſqꝫ omni excuſatione, aut quauis
in hac parte contradictione.

FINIS.

DUBIA THEOLOGICA,

In genere

TRINITARIIS

Mota:

Quibus ſub finem addita ſunt quædam, in Specie, REFORMATIS

Mota,

A JOANNE BECIO, M. Z.

Paſtore olim Reformato in *Brabantia*.

ELEUTHEROPOLI,

Anno Æræ Chriſtianæ M. DC. LXXXVII.

DUBIA THEOLOGICA,

In genere

TRINITARIIS

Mota:

I. Super *Trinitate*, in genere.

1. CUm Unicus duntaxat nobis *Altiſſimus Deus* ſit, *Pater* ſcil. Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, ex quo omnia, & nos in illum, ſecundum 1 *Cor*. 8. 6.

Qui poſſit dari *Trinitas*, quæ *Altiſſimus Deus* ſit, cum *Trinitas*, Pater hic Domini noſtri *Jeſu Chriſti* non ſit?

2. Cum *Deus*, & *Pater* Domini noſtri *Jeſu Chriſti Jehova*, & *Unicus* quidem *Jehova* ſit?

Qui *Trinitas*, *Jehova*, & *Unicus* quidem *Jehova*, dici poſſit, quandoquidem *Trinitas*, Deus, & Pater Domini noſtri *Jeſu Chriſti* non eſt?

Si pro more ſolito reſpondeatur, *Patrem* Chriſti eſſe *Jehovam perſonaliter*; *Trinitaten* vero *eſſentialiter*: *Quæritur*, unde duplex ille, & diſtinctus *Iehova*, *Iehova* nempe *perſonaliter*, & *Jehova eſſentialiter*, quorum unus non eſt alter, ſit, cum *Scriptura* doceat, *Jehovam* Deum noſtrum eſſe *unicum Jehovam*, *Deut*. 6. 4.?

3. Cum *Deus*, & *Pater* Domini noſtri *Jeſu Chriſti* ſit unicus *Altiſſimus Deus*; Qui præter ipſum duæ aliæ infinitæ perſonæ dari poſſint, quæ & ipſæ *Altiſſimus Deus* ſint?

Qui etiam *unitas* illius *Altiſſimi Dei* defendi poſſit

ſi præter ipſum duæ tales infinitæ perſonæ dentur, quæ *præter* hunc *Chriſti Patrem* etiam *Altiſſimus Deus* ſint, una cum ipſo *Trinitatem* facientes?

4. Si detur *Trinitas*, An non probabile ſit quod *Chriſtus*, qui dixit, *nemo bonus niſi unus*, nempe *Deus*, *Matt.* 19. 17. dixiſſet, *nemo bonus niſi tres*, nempe *Deus*?

Qui etiam *Matt.* 6. nos docuit, preces dirigere ad unum, nempe ad *Patrem* ſuum, docuiſſet nos preces dirigere ad tres, ad *Patrem* ſuum; *ſe ipſum*; & ad *Spiritum* S.?

5. Qui tres poſſint eſſe αὐτόθεοι, cum unus tantum αὐτόθεος (ſeu, *Deus à ſe*) ſit?

6. Si tres perſonæ ſint ab invicem diſtinctæ, & infinitæ per eſſentiam infinitam, quam dicuntur habere totam, cum eſſentia impartibilis ſit; Qui negari poſſit tres illas diſtinctas, infinitas perſonas, tres diſtinctos, infinitos *Deos* eſſe, cum ejuſmodi infinita divina perſona nil aliud ſit, quam infinitus *Deus*, & ejuſmodi tres nil aliud, quam tres infiniti *Dii*?

7. Quomodo tres poſſint eſſe perſonæ æternæ, infinitæ, omnipotentes, omniſcientes, ac per *characteriſticas* proprietates ab invicem diſtinctæ, cum *Deus* ſit Unicus, & ſimpliciſſimus abſque ullâ compoſitione?

8. Si tres divinæ perſonæ ſint eſſentiâ eædem, (ne compoſitio admittatur) An inter ſe quoque ſint eædem, ſecundum illud Dialecticorum, *quæ ſunt eadem uni tertio, ea inter ſe ſunt eadem?*

9. Cum opera *Trinitatis* ad extra cenſeantur indiviſa, ac unaquæque trium perſonarum (ut opinio eſt) opem ferre poſſit; cur ope unius non contenti *Trinitatis* totius auxilium nonnunquam implorent *Trinitarii* cum ſuo *Auguſtino*, qui totius *Trinitatis* invocatione librum *Soliloquiorum* ità concluſit; *ô tres*

coe-

coæquales, *& coæternæ perſonæ*, *&c.*

10. Quandoquidem dogma de *Trinitate*, præcipuum Chriſtianæ Religionis fundamentum, & abſolutè neceſſarium dicitur, cujus negatio pernitioſa; An dogma illud *Myſterium* dici poſſit?

Si *ſic*, ubi in *Sacris* ita dicatur?

Quomodo etiam adverſus *Romano - Catholicos* defendi poſſit, *S. Scripturam*, in omnibus ad ſalutem ſcitu neceſſariis, eſſe perſpicuam?

Quomodo etiam *Paulus Rom.* 16. 25, 26. potuerit dicere, *Myſterium* Evangelii quod â temporibus ſeculorum tacitum fuit, nunc ultimis temporibus eſſe patefactum & cunctis gentibus innotuiſſe?

Si *non* poſſit dici *Myſterium*; An igitur, cum *Argumentis* in arctum coguntur *Adverſarii*, & ad tacendum adiguntur, confugere ipſis liceat ad *Myſterium*, ac dicere, *Myſterium eſt*, *quod*, *etiamſi ſuperet captum noſtrum*, *credere nihilominus nos oporteat?*

An id etiam non ſit cum *Pontificiis* velificari, qui *Miſſam*, aliaque quam plurima *Myſterium* vocent?

2. in Specie;

1. Super *Deo*, *Altiſſimo* nimirum.

1. QUomodo *Jehova Echad* de quo *Deut.* 6. 4. poſſit conſtare ex eſſentiâ, & tribus perſonis, cum quoad numerum ſit *unicus*, non *tres*, aut *Trinus*; qui *Unicus* abſolute ſimplex eſt, per conſequens non compoſitus ex eſſentiâ, & tribus perſonis quæ ab eſſentiâ differre dicuntur, ut aliquid anguſtius & determinatum differt ab eo, quod indeterminatum eſt; *Synop. Prof. leyd. pag.* 80. 81. Quæ perſonæ rurſus componuntur, ex eſſentiâ, & certo ſubſiſtendi modo, qui ſubſiſtendi Modus

quam plurimum ab eſſentiâ differt; eſſentiâ enim *unica* dicitur, Modus ſubſiſtendi *triplex?*

2. Quomodo *eſſe a ſe* (ſeu, *Aſeitas*, vt *Trinitatis* defenſores loquuntur) poſſit dici *characteriſtica* proprietas *Patris*, cum & *filius* dicatur *Deus a ſe*, & præter ipſum, tertia perſona, *Spiritus S.?*

3. Quomodo *Pater* filium ex eſſentiâ genuerit; *libere*; an, *neceſſariò?*

Si *libere*, An igitur potuerit non gignere filium?

Si *neceſſario*, An igitur, qui abſolutus Dominus eſt, debuerit (ſeu) coactus fuerit gignere filium?

4. Cum *pater* filium ex eſſentiâ genuerit, *Quæritur*, An genuerit *exiſtentem*; an, *non exiſtentem?*

Si *exiſtentem*; An non abſurdum, & impoſſibile ſit, gignere eum, qui omnino exiſtit?

Si *non exiſtentem*; Quomodo Filius poſſit eſſe ab æterno, & generatio ejus æterna?

5. An Altiſſimus Deus, *Pater Chriſti*, qui ab æterno dicitur Filium ex eſſentiâ genuiſſe, in æternum (cum in ipſum nulla cadat mutatio) ipſum ita geniturus ſit?

Si *ſic*; An igitur filius iam omnino perfecte ſit genitus aut unquam perfecte genitus erit, cum æternitas fine careat, & quod in æternum fit nunquam complementum accipiat; atque ad ultimam, ſeu, abſolutam perfectionem perveniat?

6. Quandoquidem *Pater* ex eſſentiâ (ut opinio eſt) Filium genuit, ipſique totam eſſentiam communicavit, cum ea impartibilis ſit;
Quæritur, Quomodo ſibi totam eſſentiam retinuerit cum eſſentia divina una duntaxat numero dicatur?

2. Super filio Dei, *Chriſto*.

1. CUm *Deus*, & *Pater* Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, *Jehova*, & *Unicus* quidem *Jehova* ſit. Quomodo *Chriſtus* qui alius ac *Pater* eſt, *Jehova*, & *Unicus* quidem *Jehova* ſit?

2. Quomodo *Chriſtus* poſſit eſſe *Jehova*, cum filius *Jehovæ* ſit, ac filius alius ſit, quam *Jehova*, cujus filius eſt?

3. Qui *Chriſtus* poſſit eſſe *Jehova*, cum ex mente *Trinitatis* Defenſorum, *Iehova* ſit *Triunicus* Deus, *Pater*, *Filius*, & *Spiritus S.* *Chriſtus* autem non ſit *Triunicus Deus*, ſed unus ſolummodo (ut opinio eſt) illorum trium?

4. Cum *Pater Chriſti* in ſummo gradu abſolute *Deus* ſit, imo ita *Deus* ſit, ut ipſius *filii Deus* ſit, ſecundum *Mich.* 5. 3.
Chriſtus verò non ita *Deus* ſit, ut ipſius *Patris Deus* ſit, ſed limitate; Qui *Chriſtus* poſſit eſſe *Altiſſimus Deus*?

5. Quandoquidem Chriſtus *Altiſſimum Deum* orat pro nobis; Quomodo ipſe *Altiſſimus Deus* eſſe poſſit, cum nemo ſe ipſum oret, ſed alium?

6. Si *Chriſtus* idem *Deus* ſit qui *Pater* eſt,
An eandem *Naturalem Iuſtitiam punitivam* habeat, quam *Pater* habere dicitur?

Si *ſic*; An igitur, cum ex amore in mundum pro mundo moreretur, cum *Patre* generi humano infenſus fuerit, ac propter hanc juſtitiam ipſi ſatisfieri debuerit, ut *Adverſarii* opinantur *Patrem* mundo fuiſſe infenſum, *Patrique* neceſſum fuiſſe ſatis fieri?

Si *ſic*; Quis ipſi ſatisfecerit?

Sin *minus*; Cur minus? & quare *Patri* qui idem numero *Deus* dicitur, qui *Chriſtus* eſt, magis debuerit ſatisfieri; quam *Chriſto*.

7. Quandoquidem *Chriſtus* verus homo dicitur 1.Tim. 2, 5. An ut homo propriam ſubſiſtentiam habuerit, ut nos habemus?

Si *Sic*; An *Trinitas* non degeneret in *Quaternitatem*, conſtantem ex *Patre, Chriſto Deo*; *Chriſto homine*; & *Spiritu S.*?

Si *non*; An *Chriſtus* qui nobis fratribus ſuis per omnia ſimilis dicitur *Hebr.* 2, 17. excepto peccato, nobis non diſſimilis, ac imperfectior homo fuerit quam nos ſumus, qui propriam ſubſiſtentiam habemus?

8. Quoniam *Chriſtus* verus homo eſt, nobis fratribus ſuis per omnia ſimilis; Qui poſſit æternus *Altiſſimus Deus* eſſe, cum unus *Chriſtus* tum geminus ſit, alius, & alius; nam, ſi æternus *Altiſſimus Deus* Creator, & temporalis ejus creatura infinitè diſtantes, non ſint alius, & alius; qui tandem erunt alius, & alius?

Si dicatur illos duos coaluiſſe in unam perſonam, nihil eſt? cum *Verbum Dei* id non doceat: Cum etiam impoſſibile ſit, æternum, inviſibilem, immortalem *Iehovam* Creatorem, cum hac temporali, viſibili, mortali, & finitâ creaturâ, coaluiſſe in unam perſonam:

Petrus, & *Paulus*, qui ambo finitæ creaturæ, & homines ſunt, quique ea propter magnam inter ſe convenientiam habent, non poſſunt in unam coaleſcere perſonam, in *Petrum-Paulum-hominem*, multo minus *Altiſſimus Deus* Creator, & propria ejus temporalis, viſibilis, mortalis, finita creatura, infinite diſcrepantes, in *Deum-hominem.*

9. Quoniam *Ieſa.* 44. 24. legitur, *ita inquit Iehova liberator veſter, ego ſum Iehova faciens omnia, cœlum expandens per me ipſum*; & quoniam *Pater* Domini noſtri *Ieſu Chriſti* ille *Iehova* eſt, ob quam cauſam etiam in *Symbolo Apoſt.* dicitur: *Credo in Deum*

Pa-

Patrem omnipotentem creatorem cœli, & terræ:

Quomodo dici poſſit, omnia per *Chriſtum* creata eſſe (Creatione primâ nempe, non ſecundâ, de quâ *Ioan.* 1.3.) quandoquidem *Chriſtus* alius ac *Iehova Pater Chriſti* eſt, qui creator noſter inſolidum eſt?

Quandoquidem etiam, ſi omnia ita à *Patre* creata ſunt, nihil reſtitit, quod à Filio creari potuerit?

Quandoquidem etiam unus tantum *Creator* eſt, non duo; nam, ſi Filius etiam omnia creavit, duo *Creatores* ſunt, cum id unum idemque ſit, *duo crearunt mundum*, ac, *duo creatores ſunt*; cum is ſit *Creator*, qui creavit, talesque duo cum ſint, neceſſario duos *Creatores* eſſe oporteat.

10. Quomodo *Chriſtus*, qui idem *Deus* dicitur qui *Pater* eſt, exclamare potuerit, *Deus mi, Deus mi, cur dereliquiſti me?* uti ipſum feciſſe narratur *Mat.* 27. 46. cum nemo ſeipſum deſerat, nec tali exclamatione (cum penes ſe ſit ſibi ſuccurrere) ſe ipſum invocet?

11. Si Chriſtus *Altiſſimus Deus* ſit;

Quomodo locus *Mat.* 20. 21. 22. 23. intelligendus ſit, in quo dicitur, Matrem Filiorum *Zebedæi* ad *Chriſtum* veniſſe, ac petiiſſe ut ambo Filii ſederent, unus ad dextram, alter ad ſiniſtram; *Chriſtumque* dixiſſe, id dare non eſſe ſuum, ſed id datum iri iis, quibus paratum eſt à *Patre* ſuo: cum, (ſi verum ſit, *Chriſtum* Altiſſimum Deum eſſe, eundem nempe *Deum* qui *Pater* eſt) id dare tam penes ipſum, quam penes *Patrem* fuerit?

Si dicatur, *Chriſtum* negare, id penes ſe eſſe reſpectu humanæ ſuæ naturæ; rurſus nil dicitur, quia 1. ſapientior fuit *Chriſtus*, quam qui ita reſponderet cum ſciret, fœminæ facile tum eſſe reſpondere, *Domine*, non peto hoc à te reſpectu hujus, aut illius naturæ, ſed peto hoc à te, ut ab omnipotente perſona, & Domino noſtro.

2. Quia abſolute loquitur *Chriſtus*, nullam diſtinctio-

ſtinctionem faciens inter humanam, & divinam naturam, neque dicit, quid reſpectu hujus naturæ poſſit, reſpectu illius non poſſit.

12. Cum à *Thoma Aquinate*, & aliis *Trinitariis Chriſtus Deus*, dicatur major *Chriſto homine*; *Quæritur*, An *Chriſtus* duplex ſit, infinitus, & finitus quorum unus Creator dicitur, alter creatura?

13. Quid opus fuerit, ſi altera *Chriſto* fuerit natura, divina nempe, quâ omnia ſibi largiri poterat, ut ab ipſo, in diebus carnis ſuæ deprecationes & ſupplicationes offerrentur ad *Patrem* ut a morte ſervaretur. quod Author epiſtolæ ad *Hebræos* factum dicit *cap.* 5.7.?

14 Qui fiat, ſi altera *Chriſto* fuerir natura, per quam totum mundum creaſſe, ac creata omnia verbo potentiæ ſuæ ipſum portare poſſe putetur, quod crucem, creaturam ſuam, cum ad ſupplicium duceretur, portare nequiverit?

15 Cum opera *Trinitatis* ad extra dicantur indiviſa, ac *Mediatio* inter ea cenſeatur;
Quare *Chriſto* ſpeciali modo tribuatur? hic enim *œconomiâ Mediator* dicitur à *Profeſſoribus Leydenſibus*, *Synop* Cap. 29. *Theſ.* 6.

Ubinam etiam locorum de *œconomia* hac in *Sacris* quicquam legatur?

16 An opera quæ competunt *Patri*; competant etiam *Filio*.

Si *non*; Quomodo *Filius* poſſit eſſe idem numero *Deus* qui *Pater* eſt?

Si *omnino*; An igitur *Filius* ex eſſentiâ ſuâ etiam potuerit gignere *Filium*, ut *Pater* gignere potuiſſe dicitur?

Su-

3. Super *Spiritu S.*

1. CUm Pater Domini noſtri *I.Chriſti Spiritus* & *S.* quidem *Spiritus* ſit; Qui poſſit dari alius qui tertia perſona, ac *Spiritus*, & *S.* quidem *Spiritus* dicitur; cum unus tantum *Spiritus S.* detur, qui *Deus* ſit, non vero duo?

2. Quomodo *Spiritus S.* poſſit dici tertia ordine perſona, cum Pater ſit *Spiritus*, & *S. Spiritus*, ac ſit prima perſona?

Cum etiam locus *Mat.* 28. 19. ubi tertio loco collocatur, hunc ordinem non probet, quandoquidem interdum in primo loco collocatur, ut *Eſa.*61. 1. *Spiritus Domini Iehovi ſuper me.*

Interdum (ex opinione multorum) in ſecundo, ut *Apoc.* 1 4. 5.?

3. An *Spiritus S.* ſit genitus, An, ingenitus?

Si genitus; An ſit *Filius*?

Si ingenitus; An ſit Pater?

Si neque genitus, neque ingenitus ſit, ſed ex duabus infinitis perſonis (ut opinio eſt) ab æterno ut infinita perſona proceſſerit;

Quæ differentia ſit inter *genitum eſſe*, & tali modo *procedere*, cum differentia illa maxima dicatur?

4. Quandoquidem proceſſus etiam *Filio* adſcribitur, imo *æternus proceſſus*, ut *Trinitatis* defenſores opinantur, quia *Mich.* 5. 1. dicitur, *proceſſus ejus ſunt ab æterno, à diebus ſeculi*;

Quæritur, Quomodo *proceſſus* (ſeu *procedere*) poſſit eſſe *characteriſtica* proprietas *Spiritus S.* per quam *Spiritus* S. ut per characterem, & infallibile ſignum cognoſcatur?

5. Num aliquo *S.Scripturæ* teſtimonio hæc *Trinitariorum* quorundam opinio probari poſſit; nempe *Spiritum S.* ab æterno è Patre, & *Filio* proceſſiſſe

&

& etiammum procedere, per eorum *voluntatem*, ut *Filius* dicitur à *Patre* genitus per *intellectum*?

Si *omnino*; An igitur *Spiritus S.* (cum voluntas Dei libera ſit) potuerit eſſe; & non eſſe?

Sin *minus*; An igitur invito *Patre*, & *Filio* ab æterno proceſſerit, & etiamnum procedat?

6. A quo *Spiritus S.* ſteterit, cum Deus mundum reconciliaret ſibi, de quâ reconciliatione legitur, 2. *Cor.* 5. 19. An à *Patre*; An à *Filio*?

Si à *Patre*, An igitur cum *Patre* generi humano iratus fuerit, ut *Pater* iratus fuiſſe dicitur?

Si *ſic*; Quis ipſum per Satisfactionem placaverit, ut *Pater* placatus dicitur?

Si à *Filio*; An igitur cum *Filio* generi humano reconciliatus fuerit?

Si ab utroque; An ſimul iratus, & reconciliatus fuerit; iratus cum *Patre*; reconciliatus cum *Filio*?

7. Si *Spiritus S.* procedat è *Patre* & *Filio*, ac ejuſdem numero eſſentiæ cum illis ſit;
Quid ni debeat dici *Pater*, & *Filius* ſimul, cum eſſentia Patris, ſit *Pater*; & eſſentia Filii, *Filius*: *Summus* enim *Deus* per eſſentiam eſt is qui eſt, ac præter eſſentiam (quoniam eſt ipſa ſimplicitas) nihil eſt?

8. Quomodo *Spiritus S.* qui procedere dicitur è *Patre*, & *Filio*, poſſit dici αὐτόθεος, *Deus à ſe*; id enim ſi verum ſit, perſona divina (ſeu *Deus*) per *Patrem*, & *Filium* eſt dicendus?

9. Si *Spiritus S.* tertia perſona qui dicitur, *Altiſſimus Deus* ſit;
Quomodo *Chriſtus*, uti legitur *Mat.* 11. 27. dicere potuerit, *nemo novit filium, niſi* Pater, *neque Patrem quiſquam novit, niſi filius*; cum præter *Patrem* tum *Spiritus S.* etiam novit *Filium*; & præter *Filium* etiam *Spiritus S.* novit *Patrem*?

10. An opera quæ *Filio* competunt, competant etiam *Spiritui S.*

Si

Si *non*; Quomodo *Spiritus S.* idem *Deus* eſſe poſſit, qui *Filius* eſt?

Si *ſic*; Qui *redimere*, ut et *judicare vivos & mortuos*, *&c.* quæ opera *Filio* competunt, *Spiritui S.* competant, cujus non eſt, *redimere*, & animam ſuam redemptionis pretium dare, neque *vivos & mortuos judicare*, ſed *ſanctificare*?

DUBIA THEOLOGICA,

in Specie *Reformatis*

mota.

1. QUomodo *Reformati* ab Enthuſiaſmo excuſari poſſint, qui in *Confeſſionis* ſuæ *Articulo* V. docent *Spiritum S.* in cordibus ſuis teſtari, libros *Sacros* & *Canonicos* a Deo eſſe profectos?

Unde etiam ſciant *Spiritum* S eſſe eum qui id teſtetur, & non potius alium quemvis?

Denique, An id non ſit cum *Pontifice Romano* velificari, affirmante, ſe *Spiritum* S. habere in ſcrinio pectoris, per quem infallibilis ſit?

2. Quomodo *Reformati* in *Confeſſionis Artic.* 9. docere poſſint, *Trinitatis* doctrinam, jam inde ab *Apoſtolorum* ætate, in hunc uſque diem, in verâ Eccleſiâ ſemper fuiſſe aſſertam, & conſervatam, adverſus *Judæos*, *Muhammedanos*, alioſque; cum S. *Scriptura* id non doceat: nec Scriptor aliquis fide dignus id docere poſſit; 1. quia *Articulus* de hodiernorum Scholaſticorum *Trinitate* tempore *Apoſtolorum* nondum notus erat:

2. Quia nuſquam apparet, *Iudæis* tempore *Apoſtolorum* ab aliquo, ſive infallibili, ſive fallibili Docto-

re

re Chriſtiano, litem ſuper ea doctrina motam fuiſſe; multo minus *Muhammedanis*, qui originem habent a *Muhamethe*, Anno Aræ Chriſtianæ 600. aut circiter eum demum nato?

3. Cum *Reformati* credant, I. *Chriſtum* ſecundum naturam divinam unigenitum Dei filium eſſe, uti confitentur in *Confeſſionis Articulo* 10: *Quæritur*, Qui credere poſſint, ipſum eſſe αὐτόθεον, *Deum per ſe*, & per conſeq. *Altiſſimum*; nam ſecundum divinam naturam genitum eſſe, & eſſe αὐτόθεον, *Contradictoria* ſunt, cum id quod genitum eſt, ſit ab alio; qui αὐτόθεος eſt, ſit a nullo?

4. Quâ ſpecie veri *Reformati* dicere poſſint in *Confeſ. Artic.* 15. infantes in matris utero originali peccato eſſe pollutos, cum 1. embryonum, & nondum natorum non ſit peccare, ſed hominum natorum:

2. cum omne peccatum ſit voluntarium, cujuſmodi embryonum, & nondum natorum non eſt, quorum voluntas nondum nata eſt, ut ipſi nondum nati ſunt?

5. Cum *Chriſtus* veram naturam humanam non tantum, ſed & veram hominis animam aſſumpſit ut verus eſſet homo, quemadmodum *Reformati* confitentur eum aſſumpſiſſe *Confeſ. Artic.* 18. *Quæritur*, Quo pacto ab ipſis negari poſſit, *Chriſtum* propriam ſubſiſtentiam humanam habuiſſe cum anima corpori adunari nequeat quin ex unione illa verus homo, qui propriam ſubſiſtentiam humanam habeat, exiſtat?

6. An indecorum non ſit, credere, naturam divinam humanæ ſemper unitam permanſiſſe etiam cùm *Chriſtus* jaceret in ſepulchro, uti *Reformati* credunt, *Confeſ, Artic.* 19. cum inde ſequatur, *Chriſtum*, quem ante mortem *Deum-Hominem*, *een God-Menſch* fuiſſe ſtatuunt, a morte *Deum-cadaver*,

een

een God-Romp eſſe factum, cum homo mortuus non amplius ſit homo?

7. Cum *Reformati* in *Confeſ. Artic.* 20. dicant ſe credere, Deum juſtitiam ſuam erga filium ſuum, quem peccatis noſtris onerarat, declaraviſſe; An illâ credulitate ſuâ *Deum* injuſtitiæ non inſimulent, cum mera id injuſtia ſit, inſontem loco ſontis verè, & proprie punire, inque eum, qui omni gratiâ & favore dignus eſt, iram & furorem omnem, dimiſſis nocentibus, effundere?

8. Quâ ratione *Confeſ. Artic.* 21. ſtatuere audeant, *Chriſtum* in ligno crucis ſe obtuliſſe, quare paſſim in *Scriptu* dicant; crucem Altare fuiſſe, in quo *Chriſtus* oblatus ſit, cum id ſit crucem ſtatuere majorem ipſo *Chriſto*, ac proinde ſummam fatuitatem & cæcitatem ſapiat, *fatui & cæci* (inquit *Chriſtus*) *nam quid majus eſt, donum, an altare, quod ſanctificat donum*, *Mat.* 23. 19.

9. Cum *Reformati Confeſ. Artic.* 24. credant veram fidem hominem regenerare;

Quæritur, An igitur fides ſalvifica regenerationem præcedat, & in homine irregenito eſſe poſſit?

10. Cum eodem *Articulo* dicant, bona opera ad nos juſtificandos in cenſum non venire, ac interim ſtatuant, hominem ex fide juſtificari,

Quæritur; An *contradictoria* non dicant, cum fides ſalvifica (ſeu) juſtificans non ſit, neque concipi quidem poſſit abſque bonis operibus, fidei hujus animâ & formâ, cum ſine illis non viva, ſed mortua ſit, ac non magis fides, quam homo mortuus homo ſit?

11. Qua ratione *Reformati* eodem *Articulo* dicant, ſe nullum opus facere poſſe, quod non ſit carnis vitio pollutum, ac proinde pœnis dignum; cum de *Zachariâ*, & *Elizabetha* legatur, ipſos fuiſſe juſtos, & ambulaſſe in omnibus præceptis Domini inculpate, *Luc.* 1. 6.

Cum

Cum etiam *Paulus* affirmet, ſe omnia valuiſſe pe[r]
eum, qui ipſum corroboravit, nempe *Chriſtum*
Philip. 4. 13. qui *Paulus* fidelibus precatur, ut Deu[s]
pacis ipſos ſanctificet totos: integerque ipſorum ſpi-
ritus, & anima, & corpus inculpate in adventum
Domini *J. Chriſti.* ſerventur; addens, *fidelis eſt qu[i]*
vocavit vos, qui etiam id efficiet, 1. *Theſ.* 5. 23, 24.?

12. Cum *Sacramenta* Signa, âc Sigilla duntaxa[t]
ſint; Quomodo *Reformati Confeſ. Artic.* 35. dice-
re poſſint, id quod comeditur, eſſe proprium, &
naturale corpus *Chriſti*, idque quod bibitur, pro-
prium ejus ſanguinem?

13. An *Reformati* merito exprobrent *Pontificii*
fidem implicitam, cum ipſi doceant, *Trinitatem*
eſſe myſterium, longe ſuperans captum humanum.
& quamvis ſit *myſterium*, fide eſſe tenendam, &
adorandam?

14. Quo jure *Papam Romanum* dicant *Anti-
chriſtum* illum magnum, qui idem fundamentum
Religionis, *Trinitatem* ſcil.(hæc enim fundamen-
tum Religionis, & error circa eam fundamentali[s]
dicitur) habeat cum ipſis?

15. Cum *Reformati Confeſ. Artic.* 15. ſupponan[t]
per *Baptiſmum* peccatum originale non penitus qui-
dem eſſe ablatum; tacite innuentes aliquatenus ſal-
tem per eum eſſe ablatum;
Quæritur, unde *effectus* ille *Baptiſmi*, ablatio ſcil.
partialis illius peccati probetur?

16. Quo fundamento dicere poſſint, omnem ſ[...]
conſolationem reperiri in vulneribus *Chriſti Confeſ.*
Artic. 21. cum potiſſima conſolatio reperiatur in vi-
ta, reſurrectione, in cœlum aſcenſione, & ſeſſio-
ne, ad dexteram Dei, ſecundum *Rom.* 5. 10.?

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EM.le ROMA